This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Dr. L. F. Herbst.

Gf 86.203

Harvard College Library

FROM THE

SALISBURY FUND

Given in 1858 by STEPHEN SALISBURY, of Worcester, Mass. (Class of 1817), for "the purchase of books in the Greek and Latin languages, and books in other languages illustrating Greek

PLUTARCHI CIMON.

COMMENTARIIS SUIS ILLUSTRAVIT
ET DE VITAE HUJUS FONTIBUS
DISSERUIT

ARNOLDUS EKKER,
PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. GYMNAS. RHENO-TRAJECT. CONR.

TRAJECTI AD RHENUM,
TYPIS MANDAVERUNT KEMINK & FILIUS.
MDCCCXLIII.

Gp 86.203



Salisbury fund

JOANNI HUGONI VAN BOLHUIS,

HISTORIAE IN ACADEMIA MILITARI, QUAE BREDAE EST, PROFESSORI

S. D.

ARNOLDUS EKKER.

Magna semper cum voluptate, amicissime Bolhusi, in illius temporis memoriam redire soleo, per quod eodem non docendi tantum munere, sed pueros vere excolendi et ad omne quod pulcrum bonumque esset informandi studio conjungebamur. Qua quidem salutari re nihil Tibi gravius neque antiquius haberi, uti Epistolae, quas post Cousini judicium de Gymnasio nostro publice latum edidisti a. MDCCCXXXVIII, omnibus harum rerum peritis probaverunt, ita indefessum tuum me docuit institutionis nostrae et emendandae et quantum fieri posset perficiendae studium. Nam Tu non in schola docendo tantum excellebas, judicii tui acumine et elegantia quae in scriptis antiquorum obscura pueris viderentur patefaciens et illustrans, quae levia amplificans, eorumque tam oculis quam mentibus apertissime omnino explicans omnia; sed vivebas etiam in scholae gloria ac salute augenda tuendaque. Inde quotidiani fere nobis de doctrinae in gymnasiis gravitate munerisque nostri officiis sancte semper pieque exsequendis sermones. Cujus quidem muneris tantam esse dignitatem atque amplitudinem consentiebamus, ut, si religiose illo functi fuissemus, omni laude cumulati nobis viderentur. Nec tamen ideo aut uberioris doctrinae studia intermittenda aut a scribendi opera prorsus nobis abstinendum censebamus. Nam et omnia muneris officia diligenter sancteque servari, et simul subcisivas, quibus plerique ad varias utuntur delectationes, horas ad elaborandum

*

in literis et ad scribendum impendi posse, tuo ipse probabas exemplo, qui praeter Epistolas illas, quarum elegantiam nescio an ubertatem magis praedicem, doctis eruditisque commentationibus antiquam Patriae ornavisti atque illustrasti historiam. Quae studia quum ingenio indolique tuae unice convenirent, antiquorum interpretatione ita semper Te totum occupatum videbamus, ut in infinitam populorum regionumque totum Te insinuares cognitionem. Quare felicem Patriam nostram praedicandam existimo, quippe cujus custodibus accurata tua rerum tam ab exteris quam a nostratibus gestarum cognitione tuisque praeceptis frui liceat ad militiae etiam usum uberrimis. Sed uti Te rerum narratarum potissimum causa, ita ad ipsam magis linguarum interiorem indolem cognoscendam interpretatio veterum me semper tenuit adjuvitque. E cujus studii assiduitate siqui fructus in generosae indolis adolescentulos redundaverint, habebo quod per viginti annorum spatium, per quos docendi munere jam fungor, non frustra me laborasse confidam. Sed quo diutius in pulcerrimis antiquarum literarum monimentis explicandis versamur, eo magis dolemus, nos, quibus in Patriae gymnasiis docendi partes sunt commissae, privatis publicisque institutionibus nimis occupatos, plerumque impediri, quo minus commentationi et scriptioni operam demus. Unde fit ut non ad studia intermissa recolenda, sed ad corporis animique vires recreandas etiam ferias adhibeant plurimi. Sed fac nonnullos, ut Tu solebas, ad opusculum quoddam parandum omni otio studioque uti velle, nae illi, siquid ex veterum scriptis edendum susceperint, innumerae fere sunt quibus premantur et deterreantur difficultates. Quemcunque enim scriptorem, ut de Graecis dicam, cogitaveris, tam ferax et virorum omni doctrina, laude, otio omnibusque copiis abundantium, et editionum, quae iterum iterumque emendatiores parantur, nostra praesertim aetas est, ut non minus difficile sit eligere quod edas, quam editum in certamen cum doctorum principum committere operibus. Praeterea qui ex gymnasiorum nostrorum doctoribus, ne magnum opus suscipiant, nimiis vulgo impediuntur occupationibus, iidem a minoribus quoque quae suscipienda restant opusculis subsidiorum absterrentur penuria. Nam commentari aliquid et edere quis hoc tempore ausit nisi Codicum manuscriptorum auctoritate munitum? Quorum collatio uti in opusculo exiguo pariter

atque in majori opere requiritur, ita in hoc molesta quidem sed fructuosa esse solet, in illo contra eandem molestiam operae tamen pretium multo minus compensat. Hinc facillime, mi Bolhusi, infinitas illas de eorum qui in gymnasiis nostris docent desidia querelas redargui, si minus aliis, at Tibi certe persuasum erit. Nam, Te quoque judice, immortalia antiquorum scripta intacta relinquere praestat, quam cum clarissimis omnique subsidio munitissimis ita aemulari viris, ut et celeberrimo cuique Patriae tuae in veterum editionibus ornandis heroi, et scriptori ipsi, quem ornare studuisti, tua opera dedecori sit ac turpitudini. Quae autem plerisque nostrum, ne quid tractandum sibi edendumque sumant, impedimento esse solent, iisdem quoque me, quamquam invitum, ab ejusmodi opera nisi suscipienda at perficienda tamen retentum fuisse, non est quod Tibi probem. Nam haud ita Tui dissimilem me esse nosti, ut desidere prorsus quam aliqua in re elaborare malim. Imo vero jamdiu e Graecis accuratius tractandas Plutarchi mihi vitas elegeram, quas maxime et meis studiis idoneas, et simul ad hoc usque tempus nondum satis expositas esse videbam. Nam ex reliquis Graecorum operibus, quae certatim Viri Docti expoliverunt et commentati sunt, solas adhuc magnam fere partem illas neglectas jacere, ut omnes norunt, ita eo magis equidem dolebam, quo diutius jam in scholis eas explicare consueveram. Ex his igitur ut aliquam commentario illustrarem me diu jam cupientem hoc maxime Tu incitabas argumento, quod in Jacobsii Enchiridio ex vitis illis selecta pauca tantum essent, nec lectioni scholasticae, si rerum varietati consulere vellem, mihi sufficientia. Te igitur suadente et hortante opus tandem aggrediebar; sed vixdum aggressus continuo maximum mihi subsidium, Codicum collationem, deesse sentiebam. Cui tamen inopiae meae opportune succurrit Sintenis, emendatissima vitarum editione de Plutarcho litterisque omnino Graecis nec minus de me optime meritus. His igitur copiis munitum in Solonis vita commentanda ante hoc triennium me per aestivas ferias totum occupatum videbas. Quod tamen opusculum ne ad finem perducerem, Westermanni, quae brevi post prodibat, editio fecit. Sed ne hac quidem re a proposito opere deterritus proximas denuo ferias alii vitae interpretandae dare coepi. Quae ut *Cimonis* potissimum vita esset, cum ipsius Viri, unius

in paucis omnium fere Graecorum praestantissimi, praeclara indoles, tum etiam ordinis locique, quem inter ceteras haec vita principem occupare videtur, cogitatio fecit. Nam a Lucullo, de sua patria tam bene merito, Plutarchum vitarum scriptionem exorsum esse, haud temere Bryanus et Solanus conjecisse videntur. Primo enim in *Cimone* et *Lucullo*, quamvis occasione saepe oblata, nullam aliam Noster vitam laudat. Deinde in aliis saepius ad Cimonis vitam provocat, ut in Thes. c. 36. et in Per. c. 9. Tum vero non Cimonem ab initio inde, sed Lucullum unice Nostri animo obversatum esse, totum exordium, quod haud temere alioqui nostrae vitae minus congruere dixeris, satis superque probat. Quo autem jure Lionus, (in commentat. de ordine, quo Plutarchus vitas scripserit) *Epaminondae* et *Scipionis* vitas ordine antecessisse nostrae statuerit, equidem me non videre fateor. Nam quod ille Epaminondam, Boeotia oriundum, valde Nostro dilectum fuisse dicit, multo levior sane haec causa est, quam urbis patriae gratia, Lucullo pro beneficiis in omne tempus debita. Quidquid autem est, Cimonis vita sive ordine prima, ut nonnulli volunt, sive quarta, ut Lionus p. 18. statuit, a Nostro conscripta, tot mihi tantasque habere videbatur et docendi in scholis et discendi opportunitates, ut in qua explicanda meam operam ponerem, magis idoneam nullam aliam viderem.

Ne autem iniquius de hoc meo opusculo judicium feratur, non tantum quid maxime spectaverim, sed etiam quomodo id assequi studuerim, Tecum communicandum censebam. Nam primo loco discipulorum meorum aliquanto jam in studiis provectiorum commodis prospicere me cupivisse, Tu profecto, Bolhusi, satis Tibi persuasum habes, qui et omnem mihi curam atque operam in adolescentibus ad veram humanitatem informandis positam esse nosti, et Plutarchi vitas huic rei aptissimas haud intermissa lectione in scholis me tractantem semper collaudabas. Cui nostro de his vitis judicio, uti alios summos viros, ita peritissimum harum rerum judicem Schoemannum (in Epist. ad Schultzium Agidis et Cleomenis editioni praemissa) prorsus adsentientem habemus, qui: »commendant, inquit, harum lectionem res plurimae, quas in aliis historicorum scriptis vix ita conjunctas deprehendas: primum ipsa librorum magnitudo modica, ut toti possint non nimis longo tempore pertractari, quod quantum praestet excerptarum ex integro corpore

particularum lectioni quilibet intelligit; deinde rerum copia et utilium cognitu et jucundarum, neque a captu etiam puerilis aetatis remotarum; porro genus narrandi vividum et disertum, quod omni modo legentis animum commoveat et oblectet; oratio denique, etiamsi paullo nonnunquam impeditior minusque castigata, gravis tamen semper et copiosa, et densitate quadam et ubertate sententiarum intelligendi difficultatem compensans." Quae autem in primis attendas velim, haec Schoemanni verba sunt: »Potest hoc sane verissime dici, ἀντίδοτον esse in his libris saluberrimum contra plurima venena, quibus rudes ac teneros puerorum animos saeculi labes inficit: praeceptorum sapientissimorum infinitam copiam, exemplorum illustrium multitudinem, verissimum denique et acerrimum recti honestique amorem, et ingenuum sincerae et infucatae humanitatis sensum, qui quidem ita ubivis ex his libris elucet, ac per omnem scriptoris orationem quasi vivit ac spirat, ut non possint non ejusdem humanitatis igniculi etiam in legentium animis excitari atque incendi. Et haec mihi virtus Plutarchi palmaria, ceterarumque, quibus excellit, omnium quasi dux et princeps esse videtur. Haec enim effecit, ut variam illam et multiplicem doctrinam, qua pares ei pauci, superiores vix unus aut alter omni tempore fuerunt, non sterilem haberet et infructuosam, sed ut apum instar, quae ex variis floribus succos colligunt et in mellis dulcedinem transmutatos reddunt, sic ille, infinita disciplinarum varietate hausta, limpidum inde γλυκύτητος στάγμα, virtutis et sapientiae dotes expromeret. Eadem etiam in narrandis rebus describendisque hominum moribus animum ejus rexit, ut excellentium virorum imagines maculis et naevis quam paucissimis deturpari cuperet, ut laudi eorum faveret, actionesque in bonam semper quam in malam partem interpretari mallet. Nimirum ut amabat ipse virtutem, ita facile etiam alios ejus amantes fuisse credebat, et si quando ambigi de causis rerum gestarum posset, eam semper veriorem existimabat, quae esset honestior; qui autem secus judicaret, hic ei malignus et invidus esse videbatur." His igitur tantis Plutarchi ad puerorum animos varia doctrina excolendos dotibus permotus quum ex ejus vitis aliquam mihi illustrandam sumsissem, in ea adornanda non potui non primo loco et discipulos meos ob oculos habere, et adolescentes omnino omnes literarum humanitatisque studiosos. His enim potissimum, sive praeceptore

duce seu sine ducis auxilio hanc vitam interpretantibus, ad interiorem tam rerum quam linguae cognitionem annotationes meas nonnihil profuturas esse puto. Ut tamen fatear quod sentio, non hos solum sed doctiores etiam fore spero ut ad accuratam Plutarchi interpretationem aliquantum mea juvet commentatio. Quod quidem utrumque propositum num assecutus fuerim, alii dijudicent; meum est ut paucis Te qua ratione assequi studuerim doceam. In textu nimirum emendando post incredibiles Sintenis labores exigua mihi opera ponenda visa est, Westermanni hac in re auctoritatem atque exemplum secuto, qui in Solonis sui praefatione: »Ego vero, inquit, in edendo Solone solum ducem habui Sintenin, eumque eo pressius sequutus sum, quo magis usu multo in diem intellexi, neminem illo esse fide digniorem. Itaque siquando ab eo discessi, res aut minuta est, aut talis qualis diversas admittat explicationes." Quorum autem Codicum lectiones a Sinteni diligenter conquisitas ego quoque loco suo sub textum subjiciendas duxi, brevem eorum notationem, ne nimis diu Te morer, ipsi vitae praemittam.

De annotationis autem meae norma et ratione si quaeris, duplicis omnino generis eam esse videbis, non magis ad verborum quam rerum interpretationem comparatam. Nam in historico opere in primis tali, quod de totius fere aetatis rebus gestis princeps atque primarius fons habendum sit, siquis obiter tantum res ipsas attingere, neque scriptoris fidem aliorum testimoniis aut firmare aut refellere, temporum rationes exigere, de locis quibus res accidisse narrantur aliquid monere voluerit, ille profecto non tantum studiosae plerumque harum rerum juventutis docendae, sed historiae etiam critica ratione tractandae opportunitatem neglexisse mihi videtur. Quocirca hoc mihi sumsi, ut, ubi rerum vel gravitas vel dubitata fides postulare videretur, paullo longior essem, quam nonnullis fortasse placeat. Qua tamen in re Heldii, Baehrii et Sintenis, qui vitarum editionibus suis optime de Plutarcho meruere, exemplo meam rationem probari posse existimo. Nec tantum hac in causa illos me secutum esse viros, sed in oratione quoque explicanda atque illustranda multum mihi profuisse tum eorum, tum etiam Schoemanni, Kraneri, Westermanni omniumque facile principis Wyttenbachii operam, ipsa commentatio Te docebit. In qua si fortasse Tibi etiam verborum inter-

pretatio copiosior subinde nec satis concinna videatur, duas in primis ob causas id excuses velim, unam ex primario hujus opusculi proposito, ex editionis forma alteram ducendam. Nam discentium magis quam doctorum causa laborem hunc a me susceptum esse, supra jam exposui. Quare fieri non potuit, quin ea saepe illustranda mihi esse putarem, quae quamvis doctioribus vulgaria ac trita, discentibus tamen aut nondum cognita aut obscura saltem viderentur. Deinde editionis ordinandae ratio, qua usus sub textum annotationem subjicere quam ad libri calcem addere malui, licet fortasse causae sit, ut justo amplior nonnullis commentarius videatur; nec Tu tamen, Bolhusi, graviter, ut spero, id feres, et adolescentes in primis, qui mea editione utentur, probabunt. Hos enim quum nihil magis taedeat quam ad singulas explicationes a scriptoris verbis mentes identidem oculosque retorquere, plura saepe praeterire quam tanto, ut putant, labori vacare malunt; unde fit ut quae dignissima etiam lectu et meditatu forent, parum ea aut prorsus non attendant. Quae negligentia ut in doctiores vix cadit, ita in juvenilibus animis nec nimis aegre ferenda, et quantum fieri potest aut sublevanda est aut praevertenda. Quamvis igitur major mihi et typis scripta mandandi labor et commentarii coarctandi cura esset, haud tamen juvenum commodis operis mei levationem praeponendam duxi. Explicationum autem silva quum mirum in modum mihi jam crevisset, ne justos commentarius meus fines excederet, separatim de fontibus, quibus in hac vita conscribenda Noster usus fuerit, agendum esse eamque disputationem vitae ipsi praemittendam putavi.

Haec habui, amicissime Bolhusi, quae de hujus opusculi consilio et ratione Tecum communicarem. Quodsi Tu liberalissimis adolescentum studiis non prorsus inutiles has meas lucubrationes esse judicaveris, erit sane, quod maxime gaudeam, nec tempora subcisiva quaeque his studiis me impendisse poenitebit.

Tu vero, Bolhusi, in gravissimis Patriae commodis tua doctrina juvandis augendisque eniti perge, et mei meorumque semper memor vale!

Scribebam Trajecti ad Rhenum prid. Calendas Novembres ann. MDCCCXLIII.

CORRIGENDA.

Pag. 46. Ann. ad l. 16. δινέναι lege διδόναι.
— 47. —— — 32. accipiendium — accipiendum.
— 48. l. 38. συνηδικημένην — συνηδικημένην.
— 71. Ann. ad l. 30. usurpatur lege usurpantur.
— 79. —— — 23. turulentus — turbulentus.
— 80. l 2. ᾽Ον — ᾽Ον.
— 101. Ann. ad l. 2. rationem — rationum.

PROOEMIUM.

Plutarcheam Cimonis vitam edituro duae maxime in prooemio explicandae mihi videbantur quaestiones, una de *aetatis*, in quam illa inciderit, conditione, altera de *fontibus* unde sua hauserit Plutarchus. Ipsam enim Cimonis vitam siquis et intelligere recte et cum aequitate dijudicare velit, is temporum perspectam habeat necesse est rationem, ex qua maximam partem res ab illo gestas explicandas esse constat. Primario igitur interpretis officio me, hac quaestione neglecta, defuisse censerem, nisi illam magna cum doctrinae elegantia jam explicuisset *Th. Lucas* in disputatione *Versuch einer Charakteristik Kimon's, nach den Quellen dargestellt*, (Hirschberg, 1835.) Quod opusculum quum cuivis Cimonis mores ingeniumque cognoscere cupienti satis faciet, eorum causa, qui illud fortasse consulere non potuerint, pauca quaedam eademque gravissima de Cimonis aetate inde ducta hic afferenda videntur. Quorum primum sit quod de rerum a Cimone gesta-

rum ad Periclis aetatem illustrandam vi et efficacitate prudenter ille monuit p. 20. sqq.

» Vulgo nimirum homines illam aetatem et contemplari unice et admirari solent, qua ad summum vigoris gloriaeque fastigium singuli populi pervenisse censentur. Cujus tamen perfectionis interiores causas siquis accuratius exploraverit, plerumque illam haud subito ortam, sed variis laboribus partam et rerum temporumque auxilio nutritam sensim sensimque, tamquam fructum illius temporis, quod proxime antecesserit, maturuisse sentiet. Sic in Graecorum historia Periclis aetas, quaecunque ingenii humani studia, sive res civiles seu literarum artiumque cultum spectes, et elucet prae ceteris, et omnium admiratione celebratur. Sed ne ipse quidem Pericles talis fuisset, qui ad tam excelsum humanitatis ac perfetionis fastigium civitatem suam eveheret, nisi commoda plurima e bellis Persicis a Graecis percepta, nec minus in ipsius nationis indole excitanda ac confirmanda quam in patriae a communi hoste defensione conspicua, ad insitas gentis vires eliciendas valuissent plurimum. Nam summus ille patriae amor atque incredibilis quae in Marathonia pugna inclaruit fortitudo; prudentissimum Themistoclis, ut Athenienses, ad maritimum imperium natos, in mare classemque traduceret, consilium; laudatissima Aristidis abstinentia atque sapiens aerarii cura; Cimonis denique parum adhuc celebrata reipublicae administratio et indefessum belli in patriae commoda gerendi studium; haec omnia ad Olympium Periclem tam

illustri splendore ornandum plurimum contulere. Proximo enim ante Periclem tempore Cimon et firma manu reipublicae gubernacula tractabat et victoriis simul suis ac rerum civilium prudentia clarissimam illam aetatem pariebat. Hic igitur quid in bello et pace praestiterit, quem locum in universo rerum publicarum ordine et occupaverit et qua ratione illum tenuerit si exponere velimus; quomodo primum sub Themistocle vires suas ac virtutes informaverit, deinde sub Aristide toto suo floruerit vigore, sub Pericle tandem lapsus sit, explicandum nobis erit."

Deinde de Cimonis auctoritate tam increscente quam vigente diligentissime singula, Plutarcho in primis duce, persecutus Lucas, ubi ad ann. a. Chr. 465 accessit, p. 45. » Jam Cimon, inquit, quum ad summum civilium laudum pervenisset fastigium, eodem modo per Periclem, in principatu petendo omnibus viribus enitentem, labitur, quo antea Salaminius victor ipsi crescenti locum cesserat. Jam enim vero satis manifeste antiqui et novi temporis conversio se prodit, tamquam legum cum privatorum hominum arbitrio, aristocratiae cum democratia certamen, ducibus Cimone et Pericle commissum. Politica enim Cimonis (quem, ut recte Wachsmuth. monet, victoriarum suarum quodammodo caecaverat splendor), consilia ad duas maxime ferebantur res, natura sibi invicem cognatas; unam, ut et optimatum, antiquos et simplices tuentium mores, et legum sancitarum vim conservaret atque auctoritatem; alteram, ut amicitiam cum Spartanorum civitate, Atheniensium timenda qui-

dem semper aemula, sed quae legum pariter reverentiam tueretur ac privatorum refringeret arbitria, quantum fieri posset confirmaret. Cimon quippe, totus priorum temporum studiis sensibusque imbutus, veluti magnifico ab antiquis inde temporibus inchoato rerum civilium aedificio ipse tandem fastigium imposuerat. Quamvis igitur recentioris hominum generis, suarum sibi virium prorsus conscii, studia moresque cognovisset, antiquam tamen, ne civitas fundamentis suis avulsa dilaberetur, reipublicae rationem relinquere novamque recipere nolebat, cujus et vitia et commoda nisi temporum decursu non patescerent. Democratici autem hujus instituti vindex idemque idcirco acerrimus Cimonis adversarius Pericles erat, qui, legum contemtor, et impuberem hunc populum ad tutelam suam adducere, et Spartanorum amicitiam fastidiens Athenas tam Graeciae quam totius maris dominatrices reddere cupiebat. Cimonis quidem auctoritas longo temporum tractu firmiter fundata erat; nam illi pariter atque Aristidi Athenienses et summum sociorum imperium, et classium a Themistocle paratarum potentiam debebant. Porro Cimonis bella, quae non tantum unde ipsa gererentur subsidia, sed opes etiam ad rempublicam locupletandam praebebant, uti magni Regis metum pellebant, ita et Athenarum ditionem dilatabant, et mare Aegaeum atque Mediterraneum Atheniensium navibus tutum reddebant. Praeterea coloniae a Cimone conditae partim miseram pauperiorum civium sortem emendabant, partim egregia erant adversus hostium

impetum et sociorum machinationes munimenta. Sed in ipsa quoque civitate, quamquam majorem vitae partem foras degebat, civium sibi conciliare amorem solebat. Sapientissime enim opibus suis utebatur, quas tamen ita impendebat, ut aristocraticas firmaret stabiliretque quantum liceret partes.

Longe autem alia erant, quibus Pericles populares suos sibi devinciebat, instrumenta. Hic enim eloquentiae vi omnium animos sibi concilians, tum illibatam iis summamque, aristocraticorum importuno isto jugo decusso, libertatem, tum innumera inde oritura pollicebatur commoda. Quae omnia reputantes nec Cimonis pertinax antiquarum rerum conservandarum studium, nec democraticorum in Cimonem tamquam imperio potitum illatas criminationes mirabimur."

Sed de Cimonis *aetate* haec sufficiant; jam de altera quaestione agamus, quae *fontes* spectat, quibus ad Cimonis vitam conscribendam Plutarchus usus fuit. Uti in quovis scriptore explicando gravissima nostris temporibus habetur ac minime negligenda fontium, unde ea quae traduntur hausta sint, disquisitio, ita in nostra praesertim Vita commentanda diligenter hanc in rem inquirendum esse censeo. Cimonis enim Vitam principem fere esse ac primarium fontem, unde rerum bella inter Persica et Peloponnesiacum gestarum cognitio petatur, nemo literarum Graecarum paulo peritior ignorat. In aliorum igitur de hac aetate scriptorum penuria quo majoris mo-

menti ac ponderis nostra Plutarchi Vita habenda est, eo minus haecce quaestio praetermittenda nobis videtur. Neque etiam tantas quantas in aliis haberet, in Vita Cimonis ejusmodi disquisitio habet difficultates. Nam post Heerenum, qui de Vitarum Plutarchi fontibus et auctoritate universe quidem, sed docte atque accurate commentatus erat, tantum jam studium tantamque operam in quaestionem de nostrae Vitae fontibus idem ille Lucas contulit, ut actum fortasse agere nonnullis videamur, denuo hanc in causam inquirentes. Sed tria in primis erant, ob quae negotium jam susceptum mihi non deponendum putarem, primum quod in paucissimorum tantum, e nostratibus saltem, manibus libellum illum esse scirem, alterum quod post multam jam operam in fontibus explorandis a me positam vix tandem opusculum illud nactus, haud pauca in disputatione mea inesse viderem, quae Lucas non exposuisset, tertium denique, quod mihi liceret doctorum Virorum operibus post ann. 1835. editis uti, in quibus nominasse sufficiat Westermann. annot. ad Voss. de Hist. Graec., Nieberding. de Jonis Chii Vita etc., Roscher. de Vita et scriptis Thucyd. alios. His igitur rationibus permotus disputationem meam absolvi, sed eam absolventi egregie mihi libellum illum profuisse fateor, cujus quippe auctor maxima daret severi judicii et exquisitae doctrinae indicia.

Fontes, quibus Noster ad Cimonis vitam conscribendam usus est, in duo omnino genera dividi possunt, alterum eorum, qui Cimoni aequales fuerunt,

alterum eos complectens, qui postea floruere. Ad prius genus ex historicis referendi sunt *Thucydides*, *Jon Chius* et *Stesimbrotus Thasius*, ex poëtis *Cratinus* comicus, *Melanthius* et *Archelaus* elegiaci.

Antea autem quam de Thucydide agam, Hellanicum et Herodotum quare silentio praeterierim breviter indicandum est. Hellanicum scilicet, quamquam a Nostro in Thes. 25—27. et 31. memoratum (ubi *Ἀτθίδα* intelligendam esse docet Sturz. in Hellan. fragm. p. 121 sqq.), in Vitis tamen ad Cimonis fere aetatem pertinentibus Plutarcho ducem fuisse, ex nullo loco constat. Quod ne mirum fortasse videatur, reputandum est, Hellanicum logographis magis quam historicis annumerandum esse, et a Thucydide etiam I. 97. ob nimiam brevitatem temporumque computandorum negligentiam vituperari: *ἔγραψα δὲ αὐτὰ (τὰ πράγματα μεταξὺ τοῦδε τοῦ πολέμου*, Peloponnesiaci belli, *καὶ τοῦ Μηδικοῦ) καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην διὰ τόδε, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἅπασιν ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον, καὶ ἢ τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνετίθεσαν, ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά. Τούτων δὲ ὅσπερ καὶ ἥψατο ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ Ἑλλάνικος, βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη.* Licet igitur eadem fere qua ipse Cimon aetate floruisset (ab a. 496—411. sec. Roscherum in Vita Thuc., qui optime indolem ejus et scripta notavit p. 276. sqq., quamquam de anno natali cf. Westermann. ad Voss. de Hist. Graec. p. 28. Annot. 15.); Thucydidis tamen de eo sententiae tantum tribuisse

Noster videtur, ut in illorum temporum historia Hellanicum aut sibi ducem sumere aut ut talem certe memorare noluerit.

Post Hellanicum de Herodoto agendum foret, si is de Cimonis rebus atque aetate scripsisset. In animo quidem id Herodoto fuisse et imperfectum ab eo opus suum esse relictum nonnulli statuunt, quibus tamen adversatur Roscher. in Thuc. vita p. 116., Herodoti Musas inter a. 421 et 414. tamquam absolutum opus in lucem editas, partim vero antea quoque jam divulgatas et lectas fuisse existimans p. 117. Herodotus igitur quum pugnis ad Plataeas et Mycalen historiam suam terminaverit, de Cimone aut prorsus non agere potuit, aut obiter tantum ejus mentionem facere; quam duobus locis factam legimus, uno VI. 34. sqq. de familiae Cimonis origine fatisque, altero VII. 107. de Eione ab eo expugnata. Quibus tamen locis Nosterne usus fuerit incertum, imo haud verisimile esse jure statuit Lucas p. 7.

Thucydides.

Jam de *Thucydide* videamus, cujus immortale opus (accurate dijudicatum nuper a Roschero in libro l.) quanti Noster fecerit, cum alibi tum insigniter ipse declarat Nic. 1., ubi ἐνεργέστατον eum in Niciae rebus exponendis fuisse easque ἀμιμήτως enarrasse dicit, tum etiam Them. 27. ubi Thucydidem in temporum etiam notatione prae aliis accuratum vocat. Quodsi plerumque Thucydidis auctoritati fideique tantum Noster tribuerit, ut eum potissimum ducem sequeretur;

in Cimonis profecto rebus enarrandis nemo Thucydidis scripta a Plutarcho neglecta fuisse putaverit. Nam *breviter* quidem et per ἐκβολὴν τοῦ λόγου se quoque de temporibus illis egisse ipse Thucydides fatetur (vid. locum supra all.); sed quum hanc digressionem a se factam dicat, ut Hellanici, qui unus de illa aetate scripsisset, in temporibus rite notandis emendaret negligentiam, haud sane idem vitium, quod in alio carpebat, ipse commisisse putandus est. Quamvis igitur brevem, temporum tamen ratione habita accuratam esse putamus, quam Thucydides nobis reliquit, rerum per illam aetatem gestarum descriptionem [1]). Quam quidem epitomen, summo nobis pretio habendam, a Plutarcho quoque magni factam esse uti nemo quisquam dubitabit, ita jure tamen miremur, Thucydidem, in aliis Vitis saepissime testem a Nostro citatum, in Cimonis Vita ne semel quidem nominatum fuisse. Quod siquis ideo neglectum esse opinetur, quia Thucydides summa tantum rerum capita attigit, neque adeo Cimonis, cognati sui (cf. annot. nostr. ad c. 4.), indolem moresque, ut in Themistocle et Pericle fecerat, notavit, aliter nobis hac de re statuendum esse videtur. Plutarcho enim, pariter atque nobis, ipsam illam Thucydideae narrationis in maximis viri sibi propinqui rebus memorandis brevitatem multo luculentius veritatis fideique

1) In qua ipsam quidem annorum, quibus singula facta fuerint, notationem desiderari, at suo tamen quaeque loco atque ordine omnia memorata esse, et particulis πρῶτον, ἔπειτα, μετὰ ταῦτα hunc ordinem indicari, recte statuit Lucas p. 4.

documentum fuisse censemus, quam si in factis ejus amplificandis celebrandisque virtutibus elaborasset. Et vero plurimis in rebus Cimonis vitam conscribenti Thucydidis epitomen Nostro usui fuisse maximo, non verosimile tantum est ex iis, quae modo disputavimus, sed certissimum quoque esse, allatis locis commentatio nostra probabit. Neque tamen ita Thucydidis vestigia persecutus est, ut aut nihil omitteret eorum, quae ille tradidisset, aut eâdem semper ratione illa exponeret. Nam, ut exempla afferam, a Cimone et Carystum in Euboea post brevem obsidionem in deditionem acceptam, et Naxum ob tributorum solutionem neglectam in servitutem redactam solus memorat Thucydides I. 98., quibus de rebus ne verbum quidem apud Nostrum. Contra ea pacem Cimonicam, quam Noster celebrat c. 16., prorsus ille tacet. Porro duplicem Noster Cimonis ad Lacedaemoniis contra Messenios opitulandum expeditionem fuse exponit c. 16 et 17.; unius tantum meminit Thucydides I. 102. Deinde et ipsum Cimonis exsilium, et exsulis ad opem civibus in Tanagrensi pugna ferendam accurrentis repulsam, tam accurate a Plutarcho Cim. 17. et Per. 10. exposita, ne verbo quidem tangit Thucydides. Denique Phoenicum et Cilicum classem a Cimone brevi antequam moreretur Noster c. 18., post Cimonis demum mortem ille devictam esse tradit I. 112.

Quibus omnibus utriusque scriptoris haud sane levibus discrepantiis (quae ex Tabulis rerum a Cimone gestarum chronologicis huic disputationi adjunctis lu-

culenter patebunt) diligenter perpensis, minime profecto habemus, quod acutissimo ceteroquin Viro (Lucas, p. 50. Annot. 55,) Plutarchi in postrema Cimonis Vitae parte conscribenda negligentiam accusanti prorsus assentiamur [2]). Non enim prae negligentia nec temere, sed cum judicio et de industria in tot tantisque rebus a Thucydide Noster discessisse videtur. Ille enim, quum in suo opere universae Graeciae, non unius Cimonis [3]) fata spectaret, etiam,

2) Prouti alii interpretes, ita quoque disquisitionis illius auctor soli fere Thucydidi addictus, iniquius de Nostro, ubicunque in Thucydidis verba non jurat, statuisse nobis videtur. Quamvis igitur universe quidem et in commentario nostro et in Tabulis rerum a Cimone gestarum eruditam viri disputationem consuluerimus, Thucydideae tamen auctoritatis summam illam observantiam ibi minus probavimus, ubi in ipso Plutarcho expressa Thucydideae narrationis vestigia haud reperimus. Quae vestigia in Vita Cimonis ubivis aut vidisse sibi videtur, aut adesse certe Lucas voluit. Cujus rei exemplum sit p. 50. Annot. 55., ubi Plutarchum Thucydide fere *ad verbum* usum esse Lucas contendit, nos contra parum aut nihil similitudinis neque ullum fere Thucydideae narrationis vestigium videmus. Agitur enim de altera illa Cimonis ad Spartanos adjuvandos expeditione, quam Noster his paucis verbis absolvit, c. 17. (Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Ἀθηναίους αὖθις ἐκάλουν ἐπὶ τοὺς ἐν Ἰθώμῃ Μεσσηνίους καὶ Εἵλωτας, ἐλθόντων δὲ τὴν τόλμαν καὶ τὴν λαμπρότητα δείσαντες, ἀπεπέμψαντο μόνους τῶν συμμάχων ὡς νεωτεριστάς. Οἱ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀπελθόντες ἤδη τοῖς λακωνίζουσι φανερῶς ἐχαλέπαινον καὶ τὸν Κίμωνα μικρᾶς ἐπιλαβόμενοι προφάσεως ἐξωστράκισαν εἰς ἔτη δέκα); Thucydides vero I. 103. quamquam in reliquis notandis brevissimus, non fusius tantum et uberius, sed alio etiam et orationis et rerum contextu exponit.

3) Quare in maximis rebus a Cimone gestis memorandis ipsius nomen adeo tacuerit Thucydides, explicat Roscher. de Thuc. Vita et script. p. 396. annot. 1.

[illegible] memorare neglexerit, ex-
[illegible] data opera de solo Cimone
[illegible] illa Thucydidis consistere
[illegible] ampliores de Cimone nar-
[illegible] viderentur, has quamvis ab illo
[illegible] sequendas putavit. Praeterea
[illegible] quod parabat amplitudine
[illegible] miro cum brevitatis stu-
[illegible] tetigit, quae et diver-
[illegible] indolem mutuasque aut
[illegible] arent, et tamquam prooe-
[illegible] turus erat, rationes atque
[illegible]; quare Cimonis non me-
[illegible] tantum in bellis, quae ille
[illegible] Plutarcho contra, vitam Ci-
[illegible] depicturo, tam ex Jonis,
[illegible] commentariis, quam ex poë-
[illegible] conquirenda erant, quae
[illegible] endas imaginemque illam
[illegible] primendam valere possent.
[illegible] quam par est, brevi meae hac
[illegible] complectar, quae huc re-
[illegible] ita Noster usus est, ut et re-
[illegible] illa percensebantur, sequere-
[illegible] ordinem, a Thucydide in-
[illegible] Nam, quod ad illud atti-
[illegible] solo Thucydide memoratas,
[illegible] ere omnes, ab illo traditas,
[illegible] scripti propositum ratioque
[illegible] aliis iisque ad Cimonem co-

gnoscendum gravissimis aliunde ductis complevit. Temporis vero ratione habita, Noster Thucydidem omnino secutus quantopere Diodoro Siculo et Nepoti anteferendus sit, neminem latebit, qui ex Clintono p. 263 sqq. in prim. 259. (cf. Lucas passim.) illius, ex Rinckii Prolegomenis ad Aemilium Probum hujus errores cognoverit.

Jon Chius.

Thucydidem alius excipiat Cimonis aequalis, *Jon*, qui, quamquam in insula Chio natus et ubique fere Χῖος cognominatus, majorem tamen vitae partem jam inde a puero Athenis degisse ibique primorum virorum consuetudine videtur usus esse. Hujus viri vitam, mores, studia, recentioribus temporibus data opera, exposuerunt E. S. Köpke, Dissert. de Jonis Chii poëtae vita et fragmentis, Berol. 1836. et Car. Nieberding, de Jonis Chii vita, moribus, studiis doctrinae scripsit fragmentaque collegit, Lips. 1836. Quorum hic (nam Köpkii opusculum mihi comparare non licuit,) postquam breviter de viri aetate vitaeque conditione egit, ingenium ejus Jonicae gentis tamquam exemplar esse haud immerito ratus, omnium fere artium et literarum et ab Jonibus inventa initia excultaque, et ab Jone tractata fuisse studia docet. Sic, quae Jonum indoles erat, ut τὸ πίνειν καὶ τὸ παίζειν pariter atque Musas amarent, in Jonis quoque scriptis non tantum hilaritatis illius laetiorisque ac lautae vitae studium, sed ingenium etiam tam ad hilariora quam ad severiora atque sublimia Musarum opera suscipienda aptum, neque ab historiae et philosophiae

[illegible] Quam viri [illegible]
[illegible] Jonis
[illegible] confirmat,
[illegible] recensitis,
[illegible] spectat,
[illegible] 1. Ἐπιδη-
[illegible] 4. Ὑπο-
[illegible] Ὑπομνήματα
[illegible] Per. 5. (ad
[illegible] memorabilem) Nie-
[illegible] Heerenus de font.
[illegible] opere illos
[illegible] hac de re
[illegible] ne ullum qui-
[illegible] laudatum ex Ὑπο-
[illegible] adversatur Lucas
[illegible] ratus, quin ex
[illegible] petiti, quia αἱ
[illegible] Chio commoratio-
[illegible] Joni Athenis com-
[illegible] 4).

[illegible] principua ejus momenta ante
[illegible] qui in Fast. Hell. ad ann. 451.
[illegible] τραγικὸς καὶ λυρικὸς καὶ
[illegible] ἤρξατο δὲ τὰς τραγῳδίας
[illegible] Δράματα δὲ αὐτοῦ
[illegible] φασίν (ex Schol. Aristoph.
[illegible] locum ex argumento Euripidis Hip-
[illegible] ἄρχοντος, ὀλυμπιάδι πζ' ἔτει
[illegible] δεύτερος Ἰοφῶν· τρίτος Ἴων·

Praeter ea autem, quae Ioni se debere in nostra vita ipse Plutarchus fatetur, plurimas alias res de Cimone memoratu dignissimas ex ejus commentariis ductas esse, ideo valde probabile est, quod Noster, Cimonis res gestas et ingenium virtutesque ipse admiratus, Jonem haud minus illius et amantem et admirantem videret; nam cum amoris significatione magnaque cum observantia Jonem ubivis meminisse Cimonis recte monet Lucas p. 8. Pericli contra Cimonis adversario minus eum favisse, non tantum consuetudinis illius ac familiaritatis indicia probabile reddunt, sed satis quoque ex Per. 5. apparet, ubi Noster, exposito, quem ex Anaxagorae disciplina Pericles perceperat, non solum elato animo et sublimi dicendi genere, sed vultu etiam ad risum immoto, incessu tranquillo vocisque modulatione sedata: »*Ὁ δὲ ποιητὴς Ἴων*, inquit, *μοθωνικὴν φησι τὴν ὁμιλίαν καὶ ὑπότυφον εἶναι τοῦ Περικλέους καὶ ταῖς μεγαλαυχίαις αὐτοῦ πολλὴν ὑπεροψίαν ἀναμεμῖχθαι καὶ περιφρόνησιν τῶν ἄλλων, ἐπαινεῖ δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς. Ἀλλ' Ἴωνα μὲν ὥσπερ τραγικὴν διδασκαλίαν ἀξιοῦντα τὴν ἀρετὴν ἔχειν

---

denique ex Scholiaste Pac. 837. *ὅτι ὁ μὲν Ἴων ἤδη τέθνηκε*, δῆλον, Ionem mortuum fuisse ante a. 419., quo fabulam Εἰρήνην Aristophanes egit, jure conficit. A qua tamen Clintoni temporum notatione ita Nieberdingius discedit, ut Ionem primam tragoediam edidisse a. 452. (p. 3. et 4.), cum Euripide et Iophonte certasse a. 427. (p. 4.), tum vero ipso illo anno, quo Aristophanis Pax acta sit, Ionem decessisse cum Bentleio, Epist. ad Mill. p. 50. statuat. Praeter Clintonum de Ione dignissimi etiam sunt, qui conferantur, Groddeckius in Init. Hist. Graec. lit. I. p. 163. et Roscher. l. l. p. 291.

τι πάντως καὶ σατυρικὸν μέρος ἐῶμεν, τοὺς δὲ τοῦ Περικλέους τὴν σεμνότητα δοξοκομπίαν τε καὶ τῦφον ἀποκαλοῦντας ὁ Ζήνων παρεκάλει καὶ αὐτοὺς τι τοιοῦτο δοξοκομπεῖν, ὡς τῆς προσποιήσεως αὐτῆς τῶν καλῶν ὑποποιούσης τινὰ λεληθότως ζῆλον καὶ συνήθειαν· in quibus scite Noster Jonis de Pericle judicium ut temerarium perstringit, longe huic Zenonis, quam subjungit, de gravitate Periclis imitanda potius omnibus quam contemnenda praeponens sententiam.

Et haec quidem Nostri in Pericle dijudicando ab Jone dissensio eo majoris momenti nobis est habenda, quo luculentius inde apparet, verosimillimum habendum esse, etiam Jonis de Cimone, in quem fortasse paulo benevolentior fuerit, narrationibus non nimium Plutarchum tribuisse, nec temere illis sed prudenter et cum judicii acumine usum fuisse [5]). Qua tamen prudentia ac cautione in Jone, viro (ut ex omnibus et ipsius scriptis et aliorum de eo testimoniis constat), ingenuo, aperto candidoque veritatis cultore sequendo multo minus Nostro opus fuisse videtur, quam in contrariae prorsus indolis homine imitando, qualis fuit

Stesimbrotus Thasius.

Hujus enim opus, saepius a Nostro usurpatum et verosimiliter idem, quod inscriptum fuisse περὶ Θεμι-

5) Quantopere Plutarchus Ionis carminibus quoque delectatus fuerit, plurimi loci, ubi Ionis versus memorantur, probant, uti in Dem. 3. ubi proverbium ex eo affertur (de quo Vid. C. H. Frotscher, comment. in Plut. Vitas Dem. et Cic. Lips. 1843. p. 6. sqq.), Moral. 113. B. (ubi V. Wytt.), 116. D. pluresque a Sint. ad Per. 3. p. 81. allati.

Θουκυδίδου καὶ Περικλέους Athenaeus dicit XIII. 589. C. haud inepto nomine *Chronique scandaleuse* Lucas notávit p. 8., hoc sententiae suae argumentum adjungens: „ex omnibus enim locis, quos ex eo opere aut Plutarchus aut alii servarunt, id Stesimbrotum sibi proposuisse patet, ut viros summos ac de republica optime meritos non tantum non laudaret, sed vitia eorum sive potius calumniam, quacunque ratione posset, notaret, imo nulla veritatis ratione habita exaggeraret." Neque aliter de eo sensit Sintenis, qui ad Them. 2. p. 15.: „hujus, inquit, operis quae fuerit ratio et indoles etsi certo dici hodie nequit, pleraque tamen, quae Plutarchus ex eo affert excerpta satis ostendunt, id sic fuisse compositum, magis ut magnorum virorum nominibus obtrectarit, quam justis laudibus ornarit. Quod quamquam nescio an de industria sic instituerit, mirifice tamen sibi videtur placuisse in miris et incredibilibus potissimum rebus referendis. — Ac videtur in primis in isto opere suo vitam horum virorum privatam enarrasse, haud raro tamen commenticiis et fictis a plebe, ut fit in magni nominis viris, indulgens narratiunculis, ex quo genere fortasse est quod de Periclis cum Elpinice consuetudine ex Stesimbroto narratur Cimon. 14., quod idem, non addito auctoris nomine (*ἔνιοι δέ φασιν*) refert Per. 10. commemoravitque sive ex Antisthene, sive, quae Friderici Jacobsii suspicio est, ex Aeschine Socratico Athenaeus XIII. p. 589. E. Idem igitur fecit Stesimbrotus, quod fecere poëtae comici, Periclis, quae ferebatur, *ἀσέλ-*

γειαν multis modis exagitantes, v. Per. 13. In quo quum non multum fidei ei tribuendum existimo, facio hoc ipso praeeunte Plutarcho." Nam Plutarchus quidem saepius ex illo sua hausit, nec tamen multum auctoris diligentiae fideique tribuisse, sed caute ac prudenter eo usus esse videtur. Sic Per. 13. Periclem, teste Stesimbroto, turpiter cum filii uxore rem habuisse referens, δεινὸν ἀσέβημα καὶ μυθῶδες illud vocat atque his verbis Stesimbrotum notat: Οὕτως ἔοικε πάντη χαλεπὸν εἶναι καὶ δυσθήρατον ἱστορίᾳ τἀληθὲς, ὅταν οἱ μὲν ὕστερον γεγονότες τὸν χρόνον ἔχωσιν ἐπιπροσθοῦντα τῇ γνώσει τῶν πραγμάτων, ἡ δὲ τῶν πράξεων καὶ τῶν βίων ἡλικιῶτις ἱστορία τὰ μὲν φθόνοις καὶ δυσμενείαις, τὰ δὲ χαριζομένη καὶ κολακεύουσα λυμαίνηται καὶ διαστρέφῃ τὴν ἀλήθειαν. Porro Them. 2. Stesimbroti Noster carpit in temporibus notandis negligentiam. Et vero magna acerbitate atque ironia eum perstringit Them. 24., Themistoclis uxorem liberosque ab Epicrate ad Themistoclem apud Molossos commorantem deductos esse narrantem, eundemque statim post, veluti illius narrationis prorsus immemorem, scribentem, Themistoclem in Siciliam transiisse uxoremque sibi petiisse Hieronis filiam, quasi nondum haberet uxorem ex eaque liberos procreatos. Quam quidem cautionem uti in reliquorum, ita in Cimonis in primis rebus Nostro adhibendam fuisse, quippe qui Thasios, Stesimbroti populares, plurium annorum obsidione ad turpem deditionem coëgisset, recte vidit Lucas p. 9., vix fieri potuisse monens, quin historicus calumniae quam veritatis studiosior, in patriae expu-

gnatorem et odium susciperet infestum, et maledicentior etiam quam in alios esset viros. Quaecunque igitur Cimonis indolem minus amabilem reddere possent, v. c. in juventute ejus vinolentiam dissolutamque omnino vivendi rationem, foedam cum sorore Elpinice consuetudinem [6]), tum etiam acerbum Cimonis in Epicratem odium [7]), ea omnia a Stesimbroto, prae maledicentia nulloque cum judicii acumine undique quaevis probra corripiente, dubiaeque idcirco fidei habendo, primum memoriae mandata fuisse censet. —

Ceterum de Stesimbroto conferendi sunt, Groddeckius, in l. l. II. 98. eum iis adnumerans, qui in interpretandis priscis fabulis et accommodandis ad physicam vel ethicam doctrinam elaborarunt; Clintonus in Fast. Hell. Appendice Historicorum Stesimbroti scripta ad ann. a. Chr. 430. referens (allatis Athen. XIII. 589. E. Plut. Per. 8. 13. 36. Them. 24. Cim. 4. 16. Tatian. Or. ad Gent. p. 106., qui eum de Homero egisse tradit, quod opus significat Plat. Jon. 530. D.); Heeren. in comm. de font. et auct. Plut. p. 37. Hisely Disquis. Crit. de font. et auct. Corn. Nep. 39 et 40. Roscher. de Thuc. vita et scriptis 293. et

---

6) Quamquam hujus rei testem Noster non citat Stesimbrotum, vero simillimum tamen jure censet Lucas p. 9. Ann. 16., si Cim. 4. cum Athenaeo XIII. 589. D. et F. conferatur, illam nulli alii nisi Stesimbroto deberi.

7) Epicratem ob uxorem liberosque ad Themistoclem deductos Cimone auctore capitis damnatum esse, ex Stesimbroto affert Noster Them. 24.

Graec. p. 43. ubi Ste-
moni aequalem fuisse,
Στησιμβροτος ὁ Θάσιος
ὁ τῶ Κίμωνι γεγονώς;"
Stesimbrotus κατὰ
ἐσφαχώς

aequalibus sufficiant,
videbatur; jam ad
usui fuere No-
notasse satis erit.

qui prin-
antiquae comoe-
veteris cet. doctis-
Com. Graec.
in Cim.
in Fragm. Poet.
Urbiocho, sed et-
in hac
Quod autem
illam
a quo Metrobius
effecisse
obierit ejus-
hac in re nec
ad a. 448. Ar-
nos ha-
disputationi ad-

jectae, docebunt, in quibus Cimonis mortem ad a. 450. retulimus, cf. Lucas, p. 57. Ann. 66. Si vero ipsam versuum illorum sententiam attenderimus, magnas quibus Cimon in iis effertur laudes eo pluris aestimandas esse fatebimur, quo acerbior fere ac mordacior idem ille Cratinus cum in alios principes Atheniensium viros, tum maxime in Periclem fuerit. Neque tantum in Archilochis poëta Cimonem eximie laudat, sed in comoedia *Πλούτοις* quoque, in qua aurea quaedam aetas effingebatur, haud obscure Cimonis et liberalitatem et nimiae simul libertatis, quam plurimi cupiebant, coërcendae studium laudasse videtur. cf. Roscher. de Thuc. vita et script. p. 301. Quas tamen et Cimonis laudes et vituperationes Periclis haud est quod magnopere miremur. Nam et tres principes Comicos Cratinum, Aristophanem, Eupolin ad antiquam reip. conservandam formam quasi conspirasse, et Cratinum, Comoediae illum Aeschylum, primum fuisse, qui comicam suam vim ad pristinum reip. statum vindicandum conferret, Eumenidibus quippe suis Areopagi auctoritatem tueri, *Νόμοις* et *Πλούτοις* ipsam civitatem a lapsu quem describebat retinere conatus, acute perspexisse mihi videtur Roscher l. l. p. 301.

Melanthius.

Post Cratinum comicum elegiarum poëtae *Melanthius* et *Archelaus* nobis memorandi. quorum laudes ita Heerenus in l. l. p. 46. praedicat: „In primis laudandi hic sunt poëtae elegiaci, qui a protervia co-

micorum ac jambographorum alieni, celebrare potius quam deprimere laudes virorum in republica versantium studuere. Sunt ex his *Melanthius* et *Archelaus*, Cimonis et laudatores et aequales. Melanthii poëmata ipse inspexit Plutarchus; in Archelao, physico scilicet, Anaxagorae discipulo, ad Panaetii auctoritatem provocat." Ex *Melanthii* elegiis unum tantum, quod Cim. 4. legitur, fragmentum invenit Schneidewin. in delectu poët. elegiac. Graec. p. 129. ubi locum Athenaei VIII. 343. B. annotavit: „*Μελάνθιος ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἔγραψε καὶ ἐλεγεῖα· κωμῳδοῦσι δ'αὐτὸν ἐπ' ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτορσιν, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ, Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ, ἐν δὲ τοῖς Ἰχθύσιν Ἄρχιππος τῷ δράματι ὡς ὀψοφάγον δήσας παραδίδωσι τοῖς ἰχθύσιν ἀντιβρωθησόμενον.* Vide Bergkii Comment. de Com. Att. Ant. Reliq. 340. sqq." A Platone Comico qualis habitus fuerit et quomodo exagitatus, ita docet C. G. Cobet. Observ. Crit. ad Plat. Com. Rel. p. 184.: „In eadem fabula (*Σκεναῖς*) Plato Melanthium, et ipsum carminum ineptiis ridiculum, exagitasse dicitur Scholiastae Arist. ad Av. vs. 151. *Μελάνθιος ὁ τραγικὸς κωμῳδεῖται λεπρὸς καὶ κακοπράγμων. — Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκεναῖς — ὡς λάλον σκώπτει.* Ridetur Melanthius in Arist. Pac. vs. 805. sqq. et 1010. sqq. tamquam helluonum princeps et poëtarum ineptissimus." Melanthii autem si tam despecti mores tamque inepta ad poësin indoles fuerit, mirere sane, ejus poëmata tanti a Plutarcho facta esse, ut tribus hoc uno cap. locis eum memoraret; quamquam fatendum est, non poësis virtutes historico, sed re-

rum testimonia spectanda esse verane sint an falsa habenda. Ceterum Melanthius Iricce et Morsimus filii erant Philoclis, qui Sophoclem vicit Oedipum regem docentem. Vid. Groddeck. l. l. I. 164.

Archelaus.

Archelaus, qui ad a. 450. refertur a Clintono Fast. Hell. p. 49. Socratem docuisse dicitur a Diog. Laërt. II. 16. Ἀρχέλαος Ἀθηναῖος, μαθητὴς Ἀναξαγόρου, διδάσκαλος Σωκράτους. II. 23. Φησὶν αὐτὸν Ἴων ὁ Χῖος καὶ νέον ὄντα εἰς Σάμον σὺν Ἀρχελάῳ ἀποδημῆσαι. Quem locum Nieberding. ll. p. 83. ad Jonis Ὑπομνήματα jure referens, cum Platonis Critone 52. B. (ubi Socrates ipse se nunquam peregre profectum esse dicit,) ut videtur pugnantem, ad concentum redigere probabiliter studuit. Ceterum Plutarchi de Archelai elegiis locus Cim. 4. cum alios omnes, qui de eo egerunt, fugisse videtur, tum vero etiam Brandis. Gesch. d. Griech. Röm. Phil. Neque ad eum attendit Lyndenus de Panaetio. Verosimiliter tamen a Nostro ductus fuit ex Panaetii libro περὶ εὐθυμίας, de quo paucis apud Lyndenum p. 115., pluribus apud A. C. van Heusde Diatr. de Consolatione apud Graecos p. 72. sqq. agitur.

A Cimonis aequalibus jam ad eos transeundum est scriptores, qui postea floruerunt, partim historici, ut *Ephorus*, *Theopompus*, *Callisthenes*, *Craterus*, *Duris*, *Phanodemus*, *Diodorus Periegetes*, partim oratores et philosophi, *Gorgias*, *Aeschines*, *Nausi-*

crates, *Plato*, *Aristotele*, alii denique poëtae *Eupolis*, *Aristophanes* Comici, et elegiacus *Critias*.

Ephorus.

Primum igitur de *Ephoro* Cumaeo videamus, qui Isocratis discipulus teste Suida ἔγραψεν ἀπὸ τοῦ Ἰλίου πορθήσεως καὶ τῶν Τρωϊκῶν μετὰ τῶν αὐτοῦ χρόνων (a. Chr. 340.) βιβλία λ'. Quod confirmatur testimonio Diodori Siculi XVI. 76., Ephorum ab Heraclidarum reditu historias auspicatum, DCCL annos XXX libris complexum esse narrantis. Etiam Cimonis res aliquanto uberius ab eo tractatas fuisse, jure inde effici posse Lucas censet p. 10., quod libro XI. historiam usque ad Miltiadis tempora perduxisset, et libro XVIII de Pericyllidae rebus in Asia gestis (a. Chr. 399.) ageret, teste Athenaeo XI. 500. C., octo ita libris temporis spatium minus quam C annorum persecutus. Nec tamen Noster Ephori meminit nisi c. 12. duabus levioribus in rebus, in quarum mentione Ephorus ab aliis dissentiret. Nostrum autem alibi quoque in Cimonis vita conscribenda Ephoro vel tacite usum esse, eo minus statuendum putat Lucas, quo longius a Diodoro, Ephorum plerumque secuto, Noster discedat. Quae dissensio ex accurata rerum ab utroque traditarum, quam idem ille Lucas (in annot. ad posteriorem Disquisitionis suae partem) instituit, collatione patebit. — De Ephoro plura cupienti dabunt Meier Marx. Ephori Cumaei fragm., Clinton. Fast. Hell. p. 373 sq. et ad ann. 340. 333. Groddeck. l.l. I. 99. Voss. de Hist. Graec. ibique Westermann. p. 65. sq.

Heeren. de font. et auct. Vit. Plut. p. 34. sq. et Roscher. l. l. p. 140. 374. et 397.

Theopompus.

Ephorum excipiat condiscipulus *Theopompus*, cujus Hellenica, operis Thucydidei continuatio, libris XII. annorum XVII. historiam complexa (a. Chr. 411-394.), et Philippica, libris LVIII. sui temporis historia magis universa, celebrantur, de quibus docte egit Clinton. p. 374. sq. cf. Groddeck. l. l. I. 98. sq. et Westermann. ad Voss. ll. p. 40. In his autem operibus licet proprie posterioris aevi res sibi tractandas proposuisset Theopompus, nemini tamen, qui longiores ejus digressiones noverit, mirum esse potest, etiam de florenti Graecorum aetate in illis sermonem fuisse. Et vero saepius Nostrum ad vitas eorum, qui Persicorum bellorum tempore vixerant, Theopompo usum esse ex Them. 9. 25. 31. constat. Atque in ipsa Cimonis vita eundem, quamquam non memoratum, haud tamen a Plutarcho neglectum fuisse, duo in primis loci probant, unus c. 10. alter c. 17. et 18., quorum prior paulo accuratius tractandus. Ibi enim Cimonis illa praedicatur liberalitas, cujus laudatio mirum quantum convenit cum Theopompi fragmento, servato apud Athenaeum XII. 533. A-C.; unde Nepotis quoque (Cimon. 4.) totam fere narrationem fluxisse monuimus in Disputat. Critica nostra de font. et auct. Corn. Nepotis, edita a Societ. Traject. in Novis Actis Lit. III. p. 233. Rinckius quidem in Proleg. ad Aemil. Prob., quae Vir doctiss. Roth. editioni suae

[illegible] a Theo-
[illegible] quam ab Ae-
[illegible] qui quamvis
[illegible] quam
[illegible] tamen
[illegible] verbis peri-
[illegible], si parum etiam,
[illegible] ut de
[illegible] Sed ex ipso-
[illegible] in singulari
[illegible] esse

[illegible] Cap. X.

[illegible]

σμένων, κελεύει αὐτὸν μεταμφιέννυσθαι τῶν νεανίσκων τινὰ τῶν συνακολουθούντων αὐτῷ. ἑστάμενοι τοῖς κόμψοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορᾷ σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνέβαλλον εἰς τὰς χεῖρας.

In quibus Noster primo non memorat custodem, sed sepimenta; neque civium tantum, sed hospitum etiam mentionem facit. Tum domi suae coenam quidem parari Cimonem quotidie jussisse tradit, ad quam egenorum quicunque vellet accederet, sed hoc consilio id factum esse addit, ut securi rebus publicis tantum operam darent. Porro Aristotelis interponit testimonium, solis curialibus Laciadis a Cimone coenam paratam fuisse. Denique non illis qui peterent, sed qui *κομψοὶ τῶν πενήτων* paupertatem dissimulare vellent, clam a pedissequis nummulos in manus fuisse injectos. Sed in hac etiam minorum rerum discrepantia tantam cum Theopompo intercedere Nostro similitudinem censemus, ut summa eorum, quae hic tradidit, ex illius narratione fluxisse videatur; quod quoque statuerunt Lucas p. 11. et Sintenis. ad Per. 9., ubi pariter Cimon dicitur *ἀναλαμβάνειν τοὺς πένητας δεῖπνόν τε καθ' ἡμέραν τῷ βουλομένῳ παρέχων Ἀθηναίων καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀμφιεννύων τῶν τε χωρίων τοὺς φραγμοὺς ἀφαιρῶν, ὅπως ὀπωρίζωσιν οἱ βουλόμενοι.*

Alterum Theopompi locum, quem ex Scholiaste Orat. in Cimonem II. p. 284. attulit Meier Marx. in Ephori fragm. p. 224., infra in commentario ad c. 18. init. afferemus. Quem tamen num secutus fuerit Noster c. 17. uti magis quam Marxio dubium videtur nobis, tam orationis contextum quam res ab

utroque relatas conferentibus, ita haud dubitanter tamen cum aliis Theopompi traditionibus priorem illam et verosimiliter etiam hanc Plutarcho valde profuisse statuimus.

Callisthenes.

Porro in iis, quos sibi usui fuisse Noster ipse fatetur, ***Callisthenes*** fuit (Cim. 12. et 13.), qui, Alexandri comes, ut Diod. XIV. 117. (coll. XVI. 14.) tradit, *τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν ἀπὸ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν* (a. 387. vid. Clint. ad h. ann.) *γενομένης εἰρήνης* (Antalcidae) — *ἤρκται γράφων· διελθὼν δὲ τριακονταετῆ χρόνον. ἔγραψε μὲν βίβλους δέκα, τὴν δὲ τελευταίαν κατέπαυσε τῆς συντάξεως εἰς τὴν ὑπὸ Φιλομήλου κατάληψιν τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ*, (a. 357. Vid. Clint.). „Quare cum res contra Persas gestas in iis exponeret, iis quoque, quae in Aristide ac Cimone ex eo enotavit Plutarchus, locus esse potuit." Heeren. l. l. p. 40. sq. Mortem ejus ad ann. 328. refert Clinton. l. l. p. 376. ubi vide in ann. k. antiquorum locos, Callisthenem dijudicantium. Quibus locis usus Groddeck. l. l. II. 50.: „Minus, inquit, commendantur veteribus tum a narrationis fide, tum ab elocutionis gravitate et simplicitate Callisthenis, Aristotelis consobrini et Alexandri comitis, ab eodem rege crudeliter necati, historiae." Cf. Voss. de Hist. Graec. ibique Westerm. p. 73. sq. et Lucas p. 11., qui Callisthenem ante Hellenica sua breviter de superioris temporis rebus in Graecia gestis egisse suspicatur et magnam Plutarcho gratiam habendam sta-

tuit, quod Callisthenem, primum quantum novimus antiquorum, Cimonicae paci fidem negasse, memoriae prodiderit. In primis etiam digna est, quae conferatur, uberior de *Callisthene* disquisitio, quam in Opere Real-Encyclop. der Classischen Alterthums Wissensch. edito ab Augusto Pauly in v. dedit Westermann.

Craterus.

Post Callisthenem memorandus est *Craterus*, quem fratrem Antigoni Gonatae ex Cratero et Phila natum censet Niebührius Kl. Schr. I. p. 225. Quod ex Phlegon. Mirab. c. 32. probat Westermannus in Opere Real-Encyclop. modo laud. in v., haec addens: „Ejus *συναγωγὴ ψηφισμάτων* ad minimum novem libros complectebatur; Harp. v. *Ἀνδρων* et *Νύμφαιον*, Steph. Byz. v. *Ἀρταῖα* et *Δηψήμανδος*. cf. Plut. Cim. 13. Harpocr. v. *ἀρκτεῦσαι*, *ναυτοδίκαι*, *ὅτι διαμαρτάνει*, Steph. v. *Δῶρος*, *Καρήνη*, *Τυρέδιξα*, *Χαλκεῖα*, *Χαλκητόριον*, Poll. VIII. 126. Schol. Arist. Av. v. 1073. Ran. v. 323. Haud tamen Craterum hoc opere solas inscriptiones aliaque ejusmodi complexum esse, sed magis inseruisse ea ad historicam rerum fidem probandam, ex Plut. Arist. 26., si modo idem liber ibi indicatur, probari potest. Cf. idem Westermannus ad Vossium de Historic. Graecis, p. 97. annot. Boeckhius quoque praef. ad Corp. inscr. Gr. t. I. p. VIII. sq. Craterum in illis libris res gestas decretis et auctoribus firmasse statuit, quorum decretorum magnam certe partem ex inscriptionibus, reliquam ex tabulario Attico ab illo peti-

tam esse censet. Ex Boeckhii igitur et Westermanni sententia plus fidei Cratero huic tribuendum erit, quam ei tribui voluit Dahlmann. in disp. de pace Cimonica, p. 85. qui tamen confidentius ipsas pacis conditiones, a Nostro allatas, ex Crateri libro verosimiliter ductas esse, statuisse videtur.

Phanodemus.

Deinde Noster duobus locis c. 12 et 19. *Phanodemum* memorat, incerti aevi scriptorem, cujus opera recenset Siebelis in fragm. ejus p. VII. Nec solum in hac vita, sed in Them. quoque c. 13. ad hujus auctoritatem Noster provocat; qui omnes loci referendi videntur ad *Ἀτθίδα*, de qua vid. Groddeck. l. l. II. 95. et Vossius de Hist. Graec. p. 482. ibique Westerm. cf. Sintenis. ad Them. 13. p. 93.

Diodorus Periegetes.

Tandem c. 16., ubi de Cimonis filiis agitur, testis affertur *Diodorus Periegetes*, de quo ad Them. 32. p. 208. haec habet Sintenis: »Ejus meminit J. G. Vossius de Hist. Gr. IV. p. 356. inter incertae aetatis scriptores; et sic alii. Nescio igitur qua fide nitatur quod Leopoldus scribit ad Vit. Thes. extr. *gente Characenus fuit, Geographus celeberrimus, qui Augusti temporibus floruit. Vid. Fabric. Bibl. Gr. IV.* 2.; neque enim inspicere potui Fabricium." Quodsi inspicere Sintenis Fabricium potuisset, vehementer Leopoldum errasse vidisset; haud enim de *Diodoro*, sed de *Dionysio* Periegete Fabricius ibi agit, de quo

praeter Fabric. vide Voss. ll. p. 216. ed. Westerm. et Groddeck. l. l. II. 33. Diodorus autem praeterquam hoc loco a Nostro etiam memoratur Thes. 35. et ab Athenaeo XIII. 591. E. Quibus locis utrum Diodori opus περὶ τῶν μνημάτων (quod Them. 32. nominatur), an aliud significatum sit, contra Ruhnkenium in hist. cr. orat. hoc statuentem, incertum relinquendum putat Sint. De Diodoro vide Westerm. ad Voss. l. l. p. 430.

Gorgias Leontinus.

Et hi quidem historici sunt, quos profuisse Nostro constat. Jam de oratoribus breviter agendum, ex quibus c. 10. memoratur *Gorgias Leontinus*, de quo memorasse sufficiat praeter locum Diod. Sic. XII. 53. in primis dignum qui legatur, Groddeck. l. l. I. 178. Stallbaum. ad Plat. Apol. Socr. 4. Gorgias Plat. ed. Bekker. initio, ubi de Gorgia multa scitu dignissima leguntur; S. Karsten. Emped. reliq. p. 28. 56. 61. cf. omnino J. Geel. Hist. Crit. Sophistarum, qui Socratis aetate Athenis floruerunt, in Novis Actis liter. Societ. Rheno-Traj. Part. II. p. 13—67. De ipsis Gorgiae verbis a Nostro allatis vide commentar. nostr. ad c. 10.

Aeschines.

Porro in oratoribus, quos Plutarchus consuluit, *Aeschinem* nominavimus. Is enim in Orat. in Ctesiph. in ed. Bekker. III. 445. easdem fere affert trium statuarum, in victoriae a Cimone ad Strymona reportatae memoriam positarum, inscriptiones, quae

[illegible] quidem num ex [illegible] propter nonnullorum [illegible] posse fateatur Lu- [illegible] hoc esse jure sta- [illegible] sit, cui inscriptiones [illegible] scriptoris de honoribus [illegible] obitis disceptatio.

Nausicrates.

[illegible] memorandus est *Nausicrates*, de quo [illegible] Crit. orat. LXXXIII. sq. haec habet: [illegible] vel *Nausicrates* Erythraeus, Isocratis [illegible] Cic. de Orat. II. 23. III. 44. Orat. 51. [illegible] III. c. p. 128. et Suid. v. *Θεοδέκτης* et v. [illegible] Excitatus exemplo magistri, qui Euago- [illegible] laudarat, orationes funebres scripsit. Dionys. Hal. in Arte p. 39. Talem orationem Cimo- [illegible] memoriae ab illo consecratam esse, videor mihi colligere e Plut. Cim. 19."

Aristoteles.

Praeter hos oratores Nostro etiam profuisse philosophos constat. In Cimonis enim et Luculli comparatione c. 2. ex *Platonis* Gorgia 516. D. nonnulla affert; *Aristotelis* autem testimonio Cim. 10. utitur, ut, curialibus Laciadis, non omnibus Atheniensibus, coenam a Cimone paratam fuisse probet. Quod tamen quonam libro memoraverit Aristoteles, incertum est, sed verisimillimum, eum hoc fecisse in libro *περὶ Πολιτειῶν*, quem in Plutarchi fontibus recensuit Heeren. comment. l. p. 22. Praeter Aristotelem Theophrastum

etiam hujus rei testem afferre Noster potuerat, ut e Cic. de Off. II. 18. 14. patet: „ Theophrastus quidem scribit, Cimonem Athenis etiam in suos curiales hospitalem fuisse. Ita enim instituisse, et villicis imperavisse, ut omnia praeberentur, quicunque Laciades in villam suam devertisset."

Eupolis.

Denique breviter etiam de poëtis, qui, Cimone posteriores aetate, Nostro profuerunt, agendum. Primus horum memorandus est *Eupolis*, ex cujus comoedia *Πόλεις* Noster c. 15. paucos versus, quibus Cimonis vinolentia carpitur dissolutaque vita, attulit. De hujus Atheniensis vita, rebus, comoediis agens Meineke Hist. Crit. Com. Graec. p. 104—146.: „ Prae maledicendi intemperie, inquit, ne mortuis quidem eum pepercisse nostri versus docent, quibus Cimonem, quem summis laudibus Cratinus extulerat, crudelissime vexavit." Qui tamen si in mortuum Cimonem dicti fuerunt, quod nemo quisquam in dubium vocaverit, non video quomodo (quod Schol. Arist., ad Cim. 15. in fin. memoratus, dicit) in causa esse potuerint, ut Athenienses Cimonem quinquaginta talentis multarent. Nam si Meinekio p. 141. haud temere assentimur, fabulam *Πόλεις* Ol. 88. vel. 89. in certamen fuisse commissam, Cimonem vero Ol. 82. 2. a. Chr. 450. obiisse, somniasse videtur Scholiasta, Eupolin fabula illa ad calumniam in Cimonem excitandam contulisse statuens.

[illegible]

[illegible] expeditionem ex [illegible] 133. seq. illustrat. Sed de hoc loco [illegible] quam *alteram* [illegible] *aliamque* Thucydides, Diodorus [illegible] afferunt, expeditionem relato vid. comment. nostr. ad c. 17. init.

Critias.

Denique Noster duobus locis *Critiam*, unum ex triginta tyrannis, memorat. Hujus enim elegiis ad Cimonis magnitudinem animi praedicandam c. 10. ita utitur: *Κριτίας δὲ τῶν τριάκοντα γενόμενος ἐν ταῖς ἐλεγείαις εὔχεται.*

Πλοῦτον μὲν Σκοπαδῶν, μεγαλοφροσύνην δὲ Κίμωνος,
Νίκας δ' Ἀγεσίλα τοῦ Λακεδαιμονίου.

Altero autem loco c. 16. de auxilio Lacedaemoniis post terrae motum periclitantibus misso agens: *Ἐφιάλτου δὲ κωλύοντος*, inquit, *καὶ διαμαρτυρομένου μὴ βοηθεῖν μηδ' ἀνιστάναι πόλιν ἀντίπαλον ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἀλλ' ἐᾶν κεῖσθαι καὶ πατηθῆναι τὸ φρόνημα τῆς Σπάρτης Κίμωνά φησι Κριτίας τὴν τῆς πατρίδος αὔξησιν ἐν ὑστέρῳ θέμενον τοῦ Λακεδαιμονίων συμφέροντος ἀναπείσαντα τὸν δῆμον ἐξελθεῖν βοηθοῦντα μετὰ πολλῶν ὁπλιτῶν.* Quem quidem Critiam ne cum Heerenio l. l. p. 24. et Vossio l. l. p. 422. a poëta elegiaco illo (c. 10. a Nostro memorato) diversum fuisse puta-

monet Westermann. ad Voss. l. l. p. 422. haec annotans: „Est unus atque idem Critias, poëta politicus, unus ex triginta tyrannis, de quo vid. W. E. Weberi diss. de Crit. tyr. Frcf. 1824. 4; et in primis N. Bachii comm. de Crit. tyr. politiis elegiacis, Vratisl. 1826. 8. atque Crit. tyr. carm. quae supers. Lips. 1827. 8." 8).

Et ita quidem omnes recensuimus scriptores, quos Plutarcho ad Cimonis vitam conscribendam profuisse constat. Jam vero quomodo tanta fontium ubertate Noster usus fuerit, inquirendum. Hanc autem quaestionem tam accurate explicuisse nobis videtur Lucas p. 17., ut ipsa ejus verba afferre quam nostra iis supponere malimus. „Quum a consilio, quod in vitis scribendis sibi proposuit Plutarchus, fontium usus penderet, illud prius explicandum videtur. Quam in rem neque longis nec molestis disquisitionibus opus

8) His addatur Roscher. de Thuc. Vita et scriptis p. 336. annot. 1., ubi ex Philostrato V. Critiae 4. ita eum notat: »Scribendi genere Thucydidi haud dissimilis erat Critias; stilus ejus accuratus, sententiosus et grandis, haud poëtices ratione habita, sed propter diligentem optimorum verborum delectum; oratio gravis ac concinna, Atticismus temperatus ac vi plenus; denique Critias, quamvis in inveniendo admirabilis, subinde tamen in dictione mollior, et propter res vulgares orationi insertas a Thucydide longe distans." Nec negligendus Cic. Brut., qui c. 7.: »Huic aetati, inquit, suppares Alcibiades, Critias, Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest; grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, et ob eam ipsam causam subobscuri." cf. Groddeck. l. l. I. 48. 54. 177. et in prim. E. P. Hinrichs. de Theramenis, Critiae et Thrasybuli rebus et ingenio, Hamb. 1820. p. 33 sqq.

est, quia Plutarchus ipse, quid historicis suis laboribus omnino spectaverit, Nic. 1. his fere verbis indicat: „Res gestas, ab historicorum principibus jam expositas, ut prorsus praetermittere non licet, ne negligens atque segnis videar, ita tum in primis uberius tractavi, quum viri indolem aperiunt. Sed potissimum ea, quae vulgus fugiunt, quaeque alii passim dixerunt, aut in monimentis vel plebiscitis antiquis reperta, contrahere studui, non quo historiam parum fructuosam consarcinarem, sed eam, quae indolem viri moresque ante oculos poneret, traderem." Quibus verbis quum satis perspicue declaraverit Noster, qua ratione non solum Niciae characterismum, sed omnes omnino, quas conscripsit vitas, dijudicatas esse velit; iniquissime sane de illo, qui omnium saltem uberrime de Cimonis moribus et rebus gestis egit, judicaremus, si absolutam ac critica ratione confectam Cimonis temporum historiam apud eum quaereremus. Quicunque autem Cimonis vitam et accuratius cognoverit, et ad propositum supra memoratum retulerit, illi persuasum sit necesse est, satis claram Cimonis morum imaginem ea contineri, atque universe saltem rei propositae Nostrum satisfecisse. Si vero singula Vitae nostrae capita per se spectamus, laudanda quidem nobis uberior ratio, qua Plutarchus res a Cimone gestas tractavit, a nemine quippe historicorum, qui ante eum floruerant, ut indicata fontium copia docet, tam plene tamque accurate enarratas; nec tamen vitia, quae in iis deprehenduntur, reticenda videntur. Plutarchus enim, quamquam

ubivis fere sedulo se collegisse probat ac diligenter quidem ordinasse, quae memoriae prodita inveniret, mentem tamen non prodit acrem et ad vera a falsis critica ratione discernenda perspicacem. Quod non solum iis in rebus apparet, quae ad mores Cimonis notandos unice pertinent, uti in quaestionibus de Cimonis adolescentis intemperantia, et consuetudo ejus cum sorore num legibus permissa fuerit an illicita, sed haec artis criticae inopia omnibus illis quoque cernitur locis, ubi Cimon tamquam imperator et vir politicus notatur. Satis habuisse Noster videtur, si, quae in fontibus suis inveniret, afferret, et rarissime e diversis aliorum sententiis unam alteramve ut suam probare ausus fuit. Nec tamen praetermittendum est, eum non, prouti Diodorum, subsidia quibus usus esset texisse, sed maximam partem diligenter indicasse, unde de plerisque saltem rebus melius certiusque judicare nobis licet. Uti autem prior Vitae nostrae pars perspicua est atque ad temporum rationes, quod Thucydides cum Nostro collatus docet, exacta; ita posteriora capita, inde fere a Thasi a Cimone expugnatae enarratione, non tantum subinde obscuritate quadam et judicii inopia laborant, sed ne temporum quidem, per quae res a Cimone gestae ordinandae sunt, accuratae rationi concinere videntur. Sed vel omnibus his maculis infecto Nostro tamen proximum Thucydidi locum in fontibus de Cimonis aetate dandum esse, nemo quisquam negaverit."

Quod judicium, quamvis severum, universe tamen verum atque probandum putamus; quamquam

hac una in re ab auctoris sententia discedimus, ut in posteriore nostrae Vitae parte minus obscuritatem judiciique inopiam quam nimium, alios scriptores prae Thucydide sequendi studium in Nostro reprehendamus; quod supra jam. p. 11. monitum fuit [9].)

9) Cf. in prim. P. P. Kremer. Inquis. Inaug. in consilium et modum, quo Plutarchus scripsit vitas parallelas, Groning. 1841., qui p. 33. sq. docte quoque causas affert, ob quas Noster, nudam quippe virorum vitam, non historiam scribens, temporis seriem non semper secutus fuit.

TABULAE CHRONOLOGICAE.

Olymp.	Ante Chr.	CIMON	Plut. Cim. cap.	Thucyd.	Alii scriptores.	Clintoni Fasti, ubi a nostra computatione discedunt.
69. 1.	504.	nascitur. 1).			Her. VI. 136. Nep. Milt. 7.	
73. 1.	488.	patre orbatur.	. . . . .	. . . . .		
—	—	ad patris cadaver redimendum ac sepeliendum Calliae opibus juvatur.	4.	. . . . .	Nep. Cim. 1.	
73. 3.	486.	cum Themistocle in ludis Olympiacis luxuriae apparatu epulisque certat.	(Them. 5.)			
75. 1.	480.	Themistoclis de urbe relinquenda consilium suo exemplo civibus commendat.	5.			
75. 2.	479.	post pugnam Plataeensem cum Aristide Atheniensium classi praefectus ad Cyprum et Hellespontum emittitur.	6. (Arist. 23.)	I. 89. 94. 128.	Diod. XI. 44.	
75. 4.	477.	summum Graeciae imperium ut socii a Lacedaemoniis in Athenienses conferant, sua quoque humanitate efficit.	6.	I. 95.	Diod. Sic. l. l.	
—	—	callide captivos opesque inter socios distribuit.	9.	. . . . .	Polyaen. I. 34. 2.	
76. 1.	476.	ab urbe Byzantio ad Strymona profectus, Persas fundit urbemque Eiona, ad flumen illud sitam, expugnat.	7.	I. 98. cf. 97.	Paus. VIII. 89.	
—	—	(Amphipolin colonia mittitur.)	8.	. . . . .	Schol. ad Aesch. de Fals. Leg. 755. Reisk. Nep. 2.	
—	—	fertilem hanc Thraciae partem civibus suis habitandam praebet.	7.			
—	—	tribus Hermis in honorem suum positis ab Atheniensibus donatur.	7.	. . . . .	Aesch. in Ctes. p. 573. Reisk.	
76. 1.	476.	Scyron, Dolopibus expulsis, civibus suis incolendam praebet.	8.	I. 98.		
76. 2.	475.	Carystum in Euboea expugnat.	. . . . .	I. 98.		
76. $\frac{3}{4}$.	$47\frac{4}{5}$.	ad Themistoclem urbe expellendum aliquantum confert.	(Arist. 25. Them. 24)	. . . . .	. . . . .	471.
76. 4.	473.	Naxum ob neglectam tributi solutionem in servitutem redigit.	. . . . .	I. 98.	. . . . .	466.

1) Singularum rerum ad annos suos relatarum siquis diligentius rationem redditam cupiat, is praeter annotationem nostram adeat velim cujusque fere rei expositionem, quam accuratissimam dedit Lucas in Disput. saepius laud.

TABULAE CHRONOLOGICAE.

Olymp.	Ante Chr.	CIMON	Plut. Cim. cap.	Thucyd.	Alii scriptores.	Clint. Fasti, ubi a nostra computatione discedunt.
77. 2.	471.	auctore Aristide classi praefectus, ut socios ad praestandam in navibus praehendis tributisque solvendis fidem cogat, emittitur.	10.	I. 96. et 99.		
77. 3.	470.	classe contra Persas parata navibusque tabulato aptiore instructis ad Cariae litora profectus, nonnullas urbes, ut a Rege deficiant, oratione movet, alias, in iisque Phaselin, per vim cogit.	12.	. . . . .	Diod. XI. 60.	
77. 4.	469.	ad Eurymedontem duplicem victoriam, mari terraque, de Persis reportat; deinde Phoenicum classem devictam capit.	12. et 13.	I. 100.	Diod. XI. 60—63. Paus. I. 19, 14. et X. 15, 4. Nep. 2.	466.
—	—	pacem, Cimonicam dictam, cum Rege init (quam tamen recentiores plerique ratam factam esse negant).	13.			
—	—	Thesei ossa, in Scyro tandem reperta, Athenas transportat 2).	8. (Thes. 36.)	. . . . .	Paus. I. 17, 6. et III. 3, 7.	468.
78. 1.	468.	Thracicam Chersonesum, Persis expulsis Thracibusque devictis, Atheniensium ditioni submittit.	14.			
78. 2.	467.	Thasiorum classe devicta et capta, ipsam insulam aggreditur urbemque obsidione cingit.	14.	I. 100.	. . . . .	465.
—	—	(Decem millia Atheniensium ad Strymona in coloniam mittuntur.)	. . . . .	I. 100. et IV. 102.		
78. 4.	465.	urbem Thasum expugnat Thasiorumque in Thracia aurifodinis potitur.	. . . . .	I. 101.	Diod. XI. 70. Nep. 2.	463.
—	—	meridionalem arcis partem munit et longorum murorum fundamenta ponit 3).	13.	. . . . .	Paus. I. 28, 3. Nep. 2.	
—	—	proditionis accusatus, tamquam ab Alexandro Macedonum rege corruptus, vix absolvitur.	14. (Per. 10.)	. . . . .	Dem. adv. Arist. 688, 25. f.	

2) Statim post Scyron captam hoc factum esse statuit C. Krafft. in opere Real-Encycl. ed. ab A. Pauly. p. 364.

3) Fortasse ad a. 469. hoc referendum, quia a Plutarcho haec opera ex praeda, in pugnis ad Eurymedontem commissis facta, exstructa dicuntur.

TABULAE CHRONOLOGICAE.

Olymp.	Ante Chr.	CIMON	Plut. Cim. cap.	Thucyd.	Alii scriptores.	Clintoni Fasti, ubi a nostra computatione discedunt.
79. 1.	464.	ad opem Lacedaemoniis contra Messenios, post terrae motum rebellantes, ferendam proficiscitur.	16.	. . . . .	Aristoph. Lysistr. 1138.	
79. 4.	461.	iterum Spartanis auxilio proficiscitur.	17.	I. 102.	Diod. XI. 64.	
80. 3.	458.	in exsilium mittitur.	17. (Per. 9.)	. . . . .	. . . . .	461.
80. 4.	457.	Quamvis exsul, civibus tamen suis in pugna Tanagrensi socium se offert, sed repellitur.	17. (Per. 10.)			
81. 4.	453.	in patriam revocatur.	17. et 18. (Per. 10.)	. . . . .	Nep. 3. Theop. in Eph. frag. Marx. p. 224.	456.
82. 3.	450.	Quinquennales inducias cum Lacedaemoniis facit.	18.	I. 112.	Nep. 3. Diod. XI. 86.	
—	—	cum classe Cyprum profectus moritur.	18. et 19. (Per. 10.)	I. 112.	Nep. 3. Diod. XII. 3, sq.	449.

CODICES,

QUIBUS AD VITAM CIMONIS USUS EST SINTENIS:

A	significat	Codicem	Parisinum	no. 1671.
B	—	—	—	no. 1672.
Bc	—	—	Baroccianum	no. 137.
C	—	—	Parisinum	no. 1673.

Quos Codices quum in praefatione Vitarum editioni praemissa accurate descripserit Sintenis; brevem eorum notationem, tam ex illa descriptione, quam ex praefatione Solonis Westermanni ductam, hic dedisse sufficiat.

A, Codex satis belle scriptus, paucis scripturae vitiis atque correctionibus laborat, in plerisque locis probas afferens lectiones, ubi reliqui libri magnopere inter sese variant.

B, teste Baehrio, virtutem codicis si spectes, codicem A non adaequare videtur, quamvis literarum ductu ac scribendi charactere persimillimo; nam ob plurima menda scripturaeque vitia, quibus contaminatus est, Codici A, in quo rarissime illa deprehendas, procul dubio est postponendus. In plurimis autem ita congruit cum A, ut quin ex eo exscriptus sit dubitari nequeat; quare B ubique cum A consentire putandus est, ubi nihil de ejus scriptura annotatur.

Bc unus est e codicibus Bodleianis ab Augustino Bryano usurpatis. Chartaceus est charactere minutiori et ineleganti. Continet vitas XVIII et tres libros Arriani de expeditione Alexandri.

C, multa propria et singularia habens, est optimae notae liber. Solas vitas Plutarchi continens, proxime bonitate abest a codice A, quocum saepenumero concinit, nonnunquam solus veram, longe plurimis autem locis tales praebens lectiones, quas, licet speciosae sint admodum, tamen librarii alicujus haud indocti, non ipsius Plutarchi manum referre certum est.

Praeterea V lectiones Vulcobianas indicat, quibus non multum tribuendum docet Sintenis; S codicem Romanum Cardinalis Rodulfi; X scripturas anonymi; a editionem Aldinam; i denique Juntinam editionem.

ΚΙΜΩΝ.

478 I. Περιπόλτας ὁ μάντις ἐκ Θετταλίας εἰς Βοιωτίαν
E. Ὀφέλταν τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ λαοὺς κατα-

I. Quod c. 1 et 2 patriae urbi Chaeroneae per Damonem imminuisse periculum, sed a Lucullo benigne ab ea aversum Noster commemorat, hujus apud alios frustra mentionem quaesiveris. Videtur nempe tota haec res, ad solos quippe Chaeroneenses pertinens, aut latuisse reliquos rerum Graecarum scriptores, aut non tanti iis fuisse, quanti Plutarcho Chaeroneensi, qui, sive a patribus traditam eam cognoverit, seu scriptam legerit in rerum urbanarum commentario, egregiam inde duxit vitae Luculli componendae opportunitatem. Ipsam autem rem in prima incidisse belli Mithridatici tempora a. a. Chr. 87 & 86, haud dubium erit conferenti, quae apud Nostrum leguntur Sull. 11: „Mithridatis ducum, ὁ μέγιστος Ἀρχέλαος ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμώμενος τὰ μέχρι Θετταλίας ἔθνη τῆς Ἑλλάδος ἀφίστη μικρὰ προσκρούσας περὶ Χαιρώνειαν. Ἐνταῦθα γὰρ αὐτῷ Βρέττιος Σούρρας ἀπήντησε, πρεσβευτὴς μὲν ὢν Σεντίου, τοῦ στρατηγοῦ τῆς Μακεδονίας, ἀνὴρ δὲ τόλμῃ καὶ φρονήσει διαφέρων. Οὗτος Ἀρχελάῳ δίκην ῥεύματος φερομένῳ διὰ τῆς Βοιωτίας ἐπὶ πλεῖστον ἀντιστὰς καὶ τρισὶ μάχαις διαγωνισάμενος περὶ Χαιρώνειαν ἐξέωσε καὶ συνέστειλε πάλιν ἐπὶ τὴν θάλατταν. Λευκίου δὲ Λουκούλλου κελεύσαντος αὐτὸν ὑποχωρεῖν ἐπιόντι Σύλλᾳ καὶ τὰν ἐψηφισμένον ἐκείνῳ ἐᾶν πόλεμον κ. τ. λ. Pariter in Lucull. 3. αἱ Σύλλα πρὸς Ὀρχομένῳ καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἀριστεῖαι memorantur. Vid. Römische Zeittafeln von E. W. Fischer III. ad a. 87 et 86, qui a Sulla Kal. Mart. a. 86 Athenas expugnatas esse, deinde, neque tamen multo post, Archelaum devictum, eodemque illo anno Archelaum iterum ad Orchomenon fusum esse docet.

1. Περιπόλτας] Breviter hoc loco illorum describitur migratio, qui, origine *Aeoles*, in australi Phthiotidis parte infra Jolcon ad Sinum Pegasaeum urbes habitaverant *Arne*, *Pyrason*, *Phylacen* et *Itona*. Hic populus a Thessalis regione sua, *Arnaea* sive *Aeolide* dicta, expulsus sedes suas atque nomen transtulit in planitiem ad lacum Copaicum sitam, ubi nova *Arne* (Sinoessa) efforuit. Quae Arne quum prima Aeolum in Boeotia

γαγὼν γένος εὐδοκιμῆσαν ἐπὶ πολλοὺς χρόνους κατέλιπεν, οὗ τὸ πλεῖστον ἐν Χαιρωνείᾳ κατῴκησεν, ἣν πρώτην πόλιν ἔσχον ἐξελάσαντες τοὺς βαρβάρους. Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τοῦ γένους φύσει μάχιμοι καὶ ἀνδρώδεις γενόμενοι καταναλώθησαν ἐν ταῖς Μηδικαῖς ἐπιδρομαῖς καὶ τοῖς Γαλατικοῖς ἀγῶσιν ἀφει-

I. 7. *κατανηλώθησαν* cum Bryanea ceteri.

sedes esset, idcirco ibi ad templum lucumque Itonidis Palladis *Pamboeotia*, quo festo tamquam sacro vinculo tota, quae commigraverat, jungebatur tribus, constanter celebrata fuerunt. Atque ex hac deinde sede meridionalis Boeotia incolis frequentari coepit. Uti autem bellicosi populi, novas sedes quaesituri, a sacerdotibus vatibusque duci solebant; ita quoque Aeolibus illis, cum rege suo *Ophelta* e Thessalia in Boeotiam commigrantibus, dux praeerat vates *Peripoltas*, cujus nobilissima familia postea Chaeroneae habitabat, et Luculli adeo tempore *Damonem* illum in posteris suis habebat. Vid. K. O. Müller in Orchom. p. 391—393. cf. Thuc. I, 21. Βοιωτοί τε γὰρ οἱ νῦν, ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν, ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν, τὴν νῦν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην ᾤκισαν. Ad q. l. Schol. Ἄρνη πόλις Θεσσαλίας, ὑφ' ἧς ὠνόμασται κατὰ μετοικίαν καὶ ἡ ἐν Βοιωτίᾳ Ἄρνη· ἡ δὲ Βοιωτία Ἄρνη νῦν Χαιρώνεια καλεῖται. cf. Poppo ad h. l. et Sims. Chron. ad a. 1122.

3. *ἐπὶ πολλοὺς*] Ἐπὶ cum accus. temporis non tantum notat *usque ad*, sed etiam *in* (belg. *voor*) et *per* (*gedurende*); quam significationem sub hujus cap. quoque finem habet. cf. Kühner Ausf. Gramm. §. 612.

5. *βαρβάρους*] Pelasgicae, ut verosimile est, nondum excultae intelliguntur tribus, quae maximam Boeotiae partem illo tempore tenebant. Cum his enim memorati modo *Arnaei*, Thebis etiam captis et deletis, inducias fecisse dicuntur a Müllero Orch. p. 393.

7. *Μηδικαῖς ἐπιδρομαῖς*] Persarum in Graeciam expeditio, Xerxe suscepta duce, primum post Thermopylas expugnatas, deinde post Salaminiam pugnam Mardonio cum trecentis millibus militum per Graeciae regiones oberrante, *Boeotiae* in primis urbes caede atque incendio replevit. Quarum urbium licet ab Herod. VIII. 50. Thespiae et Plataeae a Xerxe incensae narrentur, Chaeronea nominatim non citetur, haud mirum tamen, hanc quoque urbem, sive ipsi Xerxi seu postea Mardonio invadenti repugnantem, gravissimas passam esse civium calamitates.

8. *Γαλατικοῖς ἀγῶσιν*] Huc spectant, quae Just. XXIV, 4. refert: „ Galli, divisis agminibus, alii Graeciam, alii Macedoniam, omnia ferro proterentes, petivere. Tantusque terror Gallici nominis erat, ut etiam reges non lacessiti ultro pacem ingenti pecunia mercarentur." cf. XXIV. 6. sqq. Pausanias autem, qui Gallorum, Brenno in primis duce, in Graeciam

δήσαντες ἑαυτῶν· λείπεται δὲ παῖς ὀρφανὸς γονέων, ὄνομα Λάμων, παρωνυμιον δὲ Περιπόλτας, πολὺ δή τι καὶ σώματος κάλλει καὶ ψυχῆς φρονήματι. τοὺς καθ' αὑτὸν ὑπεραίρων νέους, ἄλλως δ' ἀπαίδευτος καὶ σκληρὸς τὸ ἦθος. Τούτου Ῥωμαῖος ἡγεμὼν σπείρας τινὸς ἐν Χαιρωνείᾳ διαχειμαζουσης ἐρασθεὶς

12. ἑαυτὸν C.

irruptiones fusius etiam quam Justinus exponit I. 3, 6–4, 5 et X. 19, 5–23, 14. in Graecorum copiis, Brennum Thermopylarum introitu exclusuris, primo loco decem *Boeotorum* peditum millia recenset quingentosque equites, X. 20, 3. atque ipsum belli hujus gesti tempus accurate definiens X. 23, 9 ad a. 279. refert. cf. Clinton Fast. Hell. ad h. a. & in append. de Macedon. Regibus p. 238.

9. ὀρφανὸς γονέων] Saepe ὀρφανοὶ per se *liberos* indicat *parentibus privatos*; nec tamen hanc unice vim habet, nam pariter hoc nomine *parentes liberis orbi* dicuntur. Quum igitur universe *orbitatem* indicet, plerumque genitivus additur rei vel personae, qua aliquis privatus est, uti h. l. cf. Wytt. in Indice ad Plutarchi Moral. in v.

10. πολὺ δή τι] Uti πολὺ comparativis addi solet ad eorum vim augendam, ita h. l. participio, praestantiam indicanti, adjungitur. Τι porro aut accedit ad vim adjectivi πολὺς firmandam (vid. Stürz. Lexic. Xenophont. in τὶς), aut, prouti apud Herodotum (vid. Schweighaeuser. Lexic. Herodot. in τὶς), cum δὴ conjungitur; illud magis placet. De utraque ratione cf. Passov. in Lexico v. τὶς, 4, b.

12. ὑπεραίρων] Ὑπεραίρειν proprie *efferre* notat s. *tollere* aliquid ad superandum, uti in Plat. Phaedr. 28. ἡ ψυχὴ ὑπερῆρεν εἰς τὸν ἔξω τόπον τὴν τοῦ ἡνιόχου κεφαλήν· deinde tamquam neutrum, sive intellecto pronom. ἑαυτὴν, idem valet quod ὑπερβαίνειν, *superare*, v. c. Plutarch. de Solert. Animal. 868. E. et apud Xenoph. de Magistr. Equit. 8, 3. ὑπεραίρειν τειχία, *superare moenia*; postremo per translationem *superare*, *vincere* notat, qua rariore notione h. l. legitur.

13. σκληρὸς vulgo opponitur τῷ μαλακῷ καὶ ὑγρῷ, nec tantum proprie dicitur, sed per metaphoram etiam de eo, qui *durus* est et *inhumanus*, neque artium literarumque studio excultus.

— σπείρας] Belgici interpretes *cohortem* vertunt, quod huic loco magis convenire videtur quam *manipulus*, uti in Polyb. a Passov. explicatur. Tantum enim bellum quum circa Chaeroneam conflatum esset, non mirum si integra cohors in ipsa urbe hibernaret. Pariter per *militum cohortem* et nostro et aliis locis plurimis interpretandum censet Wytt. in Ind.

14. ἐρασθεὶς] Qui apud Graecos, in primis Platonem (cf. Sympos. et Phaedr. atque Heusd. Init. Plat. Plat. P. I), unice celebratur puerorum amor *paederastia* vulgo dictus, postea illum, praesertim apud Romanos, degenerasse atque in obscoenam saepe abiisse libidinem, nemo est qui ignoret. De paederastia autem quae mentione dignissima sunt siquis congesta cupiat, elegantissimum adeat eundemque doctissimum librum

ἄρτι τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παρηλλαχότος, ὡς οὐκ 15
479 ἔπεισθε πειρῶν καὶ διδοὺς, δῆλος ἦν οὐκ ἀφεξόμενος
βίας, ἅτε δὴ καὶ τῆς πατρίδος ἡμῶν τότε λυπρὰ
πραττούσης καὶ διὰ μικρότητα καὶ πενίαν παρορω-
μένης. Τοῦτο δὴ δεδιὼς ὁ Λάμων καὶ τὴν πεῖραν
αὐτὴν δι' ὀργῆς πεποιημένος ἐπεβούλευε τῷ ἀνδρὶ 20
καὶ συνίστη τῶν ἡλικιωτῶν τινας ἐπ' αὐτὸν, οὐ πολ-
λοὺς ἕνεκα τοῦ λαθεῖν, ἀλλ' οἱ σύμπαντες ἑκ-
καίδεκα γενόμενοι χρίονται μὲν αἰθάλῳ τὰ πρόσωπα
νυκτὸς, ἐμπιόντες δὲ ἄκρατον ἅμ' ἡμέρᾳ προσπίπτου-

22. λαθεῖν ACB^{c}: λανθάνειν V. 23. τὸ πρόσωπον C. 24. ἐκπιόντες cum Stephano ceteri. ἅμα C.

Bekkeri, *Chariclem* inscriptum, I. 346. sqq.

15. ἄρτι-παρηλλαχότος, *postquam vixdum e pueris excessit;* nam παραλλάσσειν apud Nostrum saepe *praetermittere*, *praeterire* valet, uti Demosth. 29, Crass. 17 et Pyrrh. 7, ubi vid. Baehr.

16. πειρῶν] πειρᾶν, *tentare*, solenne in rebus amatoriis verbum egregie illustratur a Ruhnk. ad Tim. p. 210.

— διδοὺς] Ita διδόναι nude ponitur intellecto δῶρα s. χρήματα, quem admodum infra c. 14. λαμβάνειν pro λαμβάνειν χρήματα. Ceterum διδόναι h.l. de *conatu* accipiendum esse, idemque plane esse quod *offerre*, res ipsa docere mihi videtur; cujus rationis exempla cupienti dabit Held. ad Tim. 5, p. 336. Baehr. ad Alc. 5. p. 91 et ad Philop. 5. p. 20 et Schoemann. ad Cleom. 19. p. 232.

17. τῆς πατρίδος] Tristem fuisse cum plerarumque Boeotiae civitatum, tum Chaeroneae etiam illo tempore conditionem, non mirum erit reputanti, quum Archelaum cum exercitu in Graeciam misisset Mithridates, statim etiam Boeotos, exceptis Thespiensibus, arma sustulisse adversus Romanos (Appian. B. M. 27. Plut. Sull. 11.); post pugnam autem a Bruttio Sura, legato Sentii, Macedoniae praetoris, contra Archelaum ad Charoneam triduo commissam, Graecorum demum auxilia, quae apud Archelaum fuerant, in patriam rediisse (App. B. M. 29). cf. Merleker Achaic. p. 460 et Zinkeisen. Gesch. Griechenl. l. I. p. 495. sq. Qua Boeotorum proditione quantopere Romanorum, quibus postea urbium committebatur custodia, in eos irritati fuerint animi, nemo est quin intelligat.

19. τὴν πεῖραν αὐτὴν δι' ὀργῆς πεποιημένος, *ob tentationem ipsam iratus;* ut enim δι' ὀργῆς ἔχειν apud Thuc. II, 8. *iratum esse cui*, sic h.l. ποιεῖσθαι δι' ὀργῆς *ira prosequi*, *irasci ob aliquid* significat; in quibus quaenam sit vis praeposionis διὰ, exposuit Viger. de Idiot. Graec. ed. Hermann. p. 585.

24. ἐμπιόντες δὲ ἄκρατον] Ἐμπίνειν ἄκρατον sc. οἶνον, *merum ingurgitare* s. *haurire vinum.*

σι τῷ Ῥωμαίῳ κατ' ἀγορὰν θύοντι καὶ καταβαλόν- 25
τες αὐτόν τε καὶ τῶν περὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγους ἐκ τῆς πόλεως μετέστησαν. Γενομένης δὲ ταραχῆς ἡ τῶν Χαιρωνέων βουλὴ συνελθοῦσα θάνατον αὐτῶν κατ- ἔγνω· καὶ τοῦτο ἦν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀπολόγημα πρὸς τοὺς Ῥωμαίους. Ἐσπέρας δὲ τῶν ἀρχόντων, 30 ὥσπερ ἔθος ἐστί, κοινῇ δειπνούντων οἱ περὶ τὸν Δά- μωνα παρεισπεσόντες εἰς τὸ ἀρχεῖον ἀπέσφαξαν αὐ- τοὺς καὶ πάλιν ᾤχοντο φεύγοντες ἐκ τῆς πόλεως. Ἔτυχε δὲ περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας Λεύκιος Λούκουλ- λος ἐπί τινα πρᾶξιν μετὰ δυνάμεως παρερχόμενος. 35 Ἐπιστήσας δὲ τὴν πορείαν καὶ τῶν γεγονότων προσ-

30. τοὺς om. C. 31. δάμωνα i. - 34. malis Λεύκουλλος, quod infra deinceps A, sed vid. Sintenis. ad Lucull. 1.

26. αὐτόν τε καὶ τῶν περὶ αὐτὸν] Dictione *οἱ περὶ αὐτὸν* vulgo, apud Nostrum quoque (uti in iis quae proxime sequuntur, *οἱ περὶ τὸν Δάμωνα*), tam ipsam personam quam comitatum ejus indicari, docuit Held. ad Tim. 13. p. 387. cf. Baehr. ad Pyrrh. 20. p. 203. Haud tamen deesse, in quibus comitatus solus notetur, exempla, contra Lehrsium, Quaest. epic. p. 28. sq. jure contendit Westermann. ad. Solon. 15. p. 41. Quibus exemplis et hunc l. et c. 19. *τοὺς περὶ αὐτὸν* adnumerandum esse, nemo non videt.

27. μετέστησαν, *discesserunt*; nam μεθιστάναι, *aliter ponere, transponere*, in temporibus intrans. *transire, migrare, discedere* indicat. Ita μεθίστασθαι ἐκ πατρίδος, Cat. Maj. 5. et μεθεστὼς *exsul*. Arist. 7. Unde similitudine ducta μεθίστασθαι Nostro frequens est de *morientibus*.

32. παρεισπεσόντες] παρεισπίπτειν *clam. s. ex improviso irrepere* Nostro in primis usitatum, cf. Rom. 27. Luc. 9. Sert. 3. et Tim. 18 et 13., ad quem postremum locum, praepositione παρὰ in παρεισάγειν, παρεισέρχεσθαι et παρεισπίπτειν *clam furtimque* indicari monuit Held. p. 421. Idem docuit de verbis παρεισδύεσθαι, παρεισρεῖν, al. Schoemann. ad Agid. 3. p. 94. sq., qui ad Cleom. 14. p. 218. παρεισπίπτειν explicat, *ex improviso et citius quam ut arceri possis irrumpere*. — ἀρχεῖον] „Dicuntur τὰ ἀρχεῖα proprie quidem *curiae*, ubi magistratus congregantur, tum vero ipsi *magistratus* eorumque collegia; subinde etiam τὸ ἀρχεῖον praecipue *Ephororum collegium*; sic in Lys. p. 444. E. Agid. 800. E. Cleom. 808. E. 809. A. Sed et alibi utraque significatione *curiarum* et *magistratuum* legitur in Plutarcho." Wytt. ad Apophth. Lac. 218. C. Hoc loco de *curia* accipiendum esse, non est quod moneam.

36. προσφάτων] Πρόσφατος vi

φάτων ὄντων ἐξέτασιν ποιησάμενος εὗρε τὴν πόλιν οὐδενὸς αἰτίαν, ἀλλὰ μᾶλλον συνηδικημένην· καὶ τοὺς στρατιώτας ἀναλαβὼν ἀπήγαγε μεθ' ἑαυτοῦ. Τὸν δὲ Δάμωνα ληστείαις καὶ καταδρομαῖς 40
πορθοῦντα τὴν χώραν καὶ τῇ πόλει προσκείμενον ὑπηγάγοντο πρεσβείαις καὶ ψηφίσμασι φιλανθρώποις

42. φιλανθρώποις] πολυτρόποις vulg., legitur etiam φιλανθρώποις' Stephanus. Amiotus: , par douces paroles et decrets favorables'. φιλανθρώποις καὶ πολυτρόποις C.

sua *recens mactatus* notat, v. c. apud Hom. Il. XXIV, 757. et apud Herod. II. 89. 121, 5. Deinde universe sumitur de rebus *recens factis*, quemadmodum Hesychius explicat πρόσφατον, τὸ ἀρτίως γινόμενον, νέον, νεαρόν. Hac ratione et nostro loco et plurimis aliis (a Wytt. in Ind. collectis) interpretandum est.

39. στρατιώτας-ἑαυτοῦ.] Intelligitur, ni fallor, σπεῖρα illa, cujus praefectus a Damone sacrificans interfectus erat. Hujus cohortis milites, Chaeroneae hibernantes, secum Lucullus abduxisse videtur.

40. Καταδρομαῖς] Ita ab ἐπιδρομαῖς diversae sunt καταδρομαὶ, ut illud *excursiones*, *irruptiones* in hostium terras, hoc *depopulationes* regionum atque *vastationes* indicet. Κατατρέχειν enim prorsus cum nostro *afloopen*, *hostiliter peragrare*, et καταδρομὴ cum latinorum nomine *decursio* congruit; quam vim καταδρομὴ, praeterquam nostro l., etiam habet Per. 19. Marcell. 19. Pyrrh. 7. et Aem. Paul. 29. ubi cum διαρπαγῇ τῶν πόλεων conjungitur.

41. προσκείμενον] Elegans est hic verbi προσκεῖσθαι usus; vim enim *adjacendi*, *imminendi* et *instandi*, quam primam habet, aptissime ad inimicum Plutarchus transfert, prope urbem semper sedentem et nullo non tempore caedes illi et rapinas minantem. c. Marcell. 11 & 25. Pyrrh. 29 et 33. Nic. 14 et 21. Crass. 26 et al.

42. ὑπήγαγοντο] Ὑπάγειν *cum fraude et dolo ducere*; nam ὑπὸ in plurimis verbis *dolose*, *clam* indicat; ὑπάγεσθαι med. igitur *seducere ad se*, *dolose sibi conciliare*, *simulata aliquem sibi jungere amicitia* notat. Egregie autem verborum ἄγειν, ἀπάγειν, ἐξάγειν et ὑπάγειν discrimen e Cam. 10. apparet, ubi haec leguntur: Οὗτος οὖν ὁ διδάσκαλος ἐπιβουλεύων τοῖς Φαλερίοις διὰ τῶν παίδων, ἐξῆγεν αὐτοὺς ἡμέρας ἑκάστης ὑπὸ το τεῖχος ἐγγὺς τὸ πρῶτον, εἶτ' ἀπῆγεν αὖθις εἴσω γυμνασαμένους. Ἐκ δὲ τούτου κατὰ μικρὸν ὑπάγων εἴθισε θαῤῥεῖν — καὶ παρέδωκεν ἄγειν κελεύσας πρὸς τὸν Καμιλλον.

43. κατελθόντα] In verbis κατέρχεσθαι, *redire ex fuga* sive *exsilio*, κατιέναι, *redire in patriam*, κάθοδος, *reditus*, κατάγειν, *revocare*, quae frequentissima quoque sunt apud Herod. et Xenoph., omnino apud Atticos, praep. κατὰ peculiarem hanc vim habet, ut *exsulum* in patriam reditum indi-

οἱ πολῖται, κατελθόντα δὲ γυμνασίαρχον κατέστησαν· εἶτ' ἀλειφόμενον ἐν τῷ πυριατηρίῳ διέφθειραν. Ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον εἰδώλων τινῶν ἐν τῷ τόπῳ προφαινομένων καὶ στεναγμῶν ἐξακουομένων, ὡς οἱ πατέρες ἡμῶν λέγουσι, τὰς θύρας ἀνῳκοδόμησαν τοῦ πυριατηρίου· καὶ μέχρι νῦν οἱ τῷ τόπῳ γειτνιῶντες οἴονταί τινας ὄψεις καὶ φωνὰς ταραχώδεις φέρεσθαι. Τοὺς δ' ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ (διασώζονται γὰρ ἔνιοι, μάλιστα τῆς Φωκίδος περὶ Στεῖριν, αἰολίζον-

47. ἀνῳκοδόμησαν in ἐνῳκοδόμησαν Corai, in ἀπῳκοδόμησαν corrigentibus aliis non accedit Sintenis. cf. Caes. 24. Diodori 11, 31. Reiskium in Lycurgum p. 227. 50. γὰρ] δὲ C. 51. αἰολίζοντες) ἀσβολωμένους. Vid. infra ann. ad h. l.

cet. cf. Sinten. ad Them. 11. p. 75. — γυμνασίαρχον] *Gymnasiorum praefecturam* munus Athenis fuisse publicum, cum summa potestate conjunctum, sed sumtuosum, e Poll. Onom. III. 67. docet Sturz. Lex. Xen. in v. γυμνασιαρχία. cf. Noster Nic. 3. De ipsis autem gymnasiis elegans est Bekkeri disputatio, Char. I. 327. sq.

44. πυριατηρίῳ] Coraes. παρὰ τὸ πυρίᾳν, ὡς παρὰ τὸ θυμιᾶν, τὸ θυμιατήριον. Οὕτω δ' ἐκαλοῦντο οἱ τόποι, ἐν οἷς εἰσήρχοντο μόνου τοῦ ἱδρῶν ἕνεκα· τοῦτο δ' ἐγίνετο διὰ τῆς ἀνερχομένης ἐκ διαπύρων κοχλάκων ἢ σιδήρου σκωριῶν ἀναθυμιάσεως, ὥς φησι Γαληνὸς ἐν τῇ τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων ἐξηγήσει. Bekkerus quoque in Char. II. 139. de balneis agens, in iis fuisse πυρίαν s. πυριατήριον (ein Schwitz- oder Dampf-Bad) docet; quorum balneorum usum fuisse antiquum, ex Herodot. IV. 75. Ἑλληνικὴν πυρίην memorante, efficit. More autem receptum fuisse, ut corpus, calido balneo largoque sudore debilitatum, oleo ungerent, belgici interpretes Wassenb. et Bosscha docuerunt ex Apul. Met. IV. 251. Oudend. „Nudatique et flammae largissimae *vapore* recreati *calidaque* perfusi, et *oleo* perunctis mensas accumbunt."

51. τῆς Φωκίδος περὶ Στεῖριν] Attendant tirones ad vulgarem Graecorum in locorum urbiumque situ describendo rationem, qua in genit. praeponunt terram, qua regio aut urbs sita est, in primis adhibita praepositione περὶ; ita ap. Diod. Sic. IV. 74. Ὁ Τάνταλος -- κατῴκει τῆς Ἀσίας περὶ τὴν νῦν ὀνομαζομένην Παφλαγονίαν. Oppidum autem *Stirin* descripsit K. O. Müller in Orchom. p. 38, 89 et praesertim 237., ubi nostro loco usus probat, apud Stirenses, quamvis origine Atticos, Aeolicam dialectum non plane obsolevisse.

51. αἰολίζοντες)ἀσβολωμένους] Participium αἰολίζοντες non jun-

τες) ἀσβολωμένους καλοῦσι διὰ τὸ τὸν Λάμωνα πρὸς τὸν φόνον ἀσβόλῳ χρησάμενον ἐξελθεῖν.

II. Ἐπεὶ δ' ἀστυγείτονες ὄντες Ὀρχομένιοι καὶ διάφοροι τοῖς Χαιρωνεῦσιν ἐμισθώσαντο Ῥωμαί-

52. ἀσβολουμένους C. 53. χρισάμενον Reiskius, , se souillerent les visages — 'Amiotus. Cf. Alexandr. 40. Hemsterhusium in Callimachi hymn. in Dian. 69 confert Schaeferus.

II. 1. δὲ C. ὄντες om. C. καὶ om. C.

gendum esse cum praecedente διασώζονται κ. τ. λ., sed referendum ad sequens verbum καλοῦσι, apud Bryanum monuit Solanus (quem Reiskius, belgici interpretes et Sintenis sequuntur), male hac in re Palmerii (Exercit. in Auctor. Class. p. 201.) auctoritate usus. Palmerius enim Xylandri versionem, *qui jam in Aeolorum mores abierunt*, carpens, vertendum esse statuit, *qui Aeolica utebantur dialecto*, nec tamen, ut Solanus innuit, ad sequentia hoc participium traxit. Quod porro ad ipsam verbi Aeolicam formam attinet, Solanus addit: » Attice enim ἠσβολημένοι dicendi erant." Quae sententia mihi quidem parum habere videtur, quo se commendet; sic enim perfectum verbi ἀσβολάω cum praesente commutatum foret. Sed neque verbum ἀσβολάω, verum ἀσβολόω, h. l. Wytt. in Ind. assumsit, et Noster ipse subjungit nomen ἄσβολος, (quod nomen Atticum esse ex Moer. Att. p. 11. Phryn. p. 44. et Sturz. de Dial. Maced. & Alexandr. p. 150. constat), unde sec. linguae analogiam potius ἀσβολόω quam ἀσβολάω ortum fuerit. Verbi ἀσβολόω igitur participium, si perfectum velis, ἠσβολωμένους, si praesens, ἀσβολουμένους (quod ex cod. C. affertur a Sinten.) foret. A quibus quomodo tamquam Aeolica forma distinguenda esset ἀσβολωμένους quum non intelligerem (cf. de Aeol. Dial. Gregor. Koen. p. 82, 281, 284 & 285.), cum Stephano et Xylandro αἰολίζοντες parenthesi cum praecedentibus includere quam ad sequentia referre malui. Praeterea part. αἰολίζοντες ad ea, quae sequuntur, relatum, nil definiti habet, ad quod pertineat; contra ea cum verbo διασώζονται copulatum e Graecorum more apte inservit ad dialectum indicandam, qua a ceteris Ramonis distinguebantur posteri. Hanc enim dialecti notationem per participium verbo finito fere additam cum alibi me legere memini, tum apud Herod. VI. 119. Ἐνθαῦτα τοὺς Ἐρετριέας κατοίκισε Βασιλεὺς Δαρεῖος, οἳ καὶ μέχρι ἐμέο εἶχον τὴν χώρην ταύτην, φυλάσσοντες τὴν ἀρχαίην γλῶσσαν. Quibus rationibus quum summi etiam viri accedat auctoritas (K. O. Müller. Orchom. p. 237), a Sinteni, quem in ceteris fere omnibus mihi sequendum esse putavi, hac in causa dissentire non vereor.

II. 1. Ἐπεὶ δὲ — διεξιόντες.] Locus ita vertendus: » Quum autem Orchomenii, vicini quippe et adversarii Chaeroneensibus, mercede conduxissent Romanum calumniatorem, isque civitatis tamquam

τὸν συκοφάντην, ὁ δ' ὥσπερ ἑνὸς ἀνθρώπου τὸ τῆς πόλεως ὄνομα κατενεγκὼν ἐδίωκε φόνου τῶν

unius hominis nomine delato, caedis illam accusaret eorum qui a Damone occisi erant, quumque judicium apud Macedoniae praetorem esset (nondum enim in Graeciam Romani praetores mittebant), civitatis autem patroni Luculli invocarent testimonium, quumque a praetore ad Lucullum literis missis hic vera testatus esset, atque ita civitas de salute sua periclitata liberata esset judicio; tum illi quidem, qui tunc servati fuerunt, statuam Luculli lapideam in foro juxta Bacchum posuerunt, nos autem, etsi multis aetatibus posteriores eo sumus, hoc beneficium ad nos quoque, qui nunc vivimus, pertinere putamus, statuamque multo pulcriorem quam quae corpus et vultus imitetur eam esse rati, quae indolem moresque declaret, in his comparatarum vitarum commentariis res a viro gestas recensebimus, vera commemorantes." — Reiskius in minora membra longiorem hanc secuit periodum, δὲ ante partic. λέγοντες omittens, ut ab οἱ λέγοντες apadosis initium haberet. Ego vero cum Sintenii Heldium secutus sum, ad Tim. 1. p. 308. sq. una periodo haec omnia comprehendentem, atque probabiliter rationem suam ita defendentem: » Offendit, inquit, viros doctos talium periodorum nimia longitudo. Sed Plutarchum ea delectatum esse sat multi testantur loci, quorum tam facilis alioquin atque expedita structura, ut, quousque porrigantur protaseos membra, et unde incipiat apodosis, ne possit quidem dubitari." Deinde causam ejus rei hanc affert Heldius: » Longitudinem istam periodorum quamvis facile concedam laudabilem non esse, tamen si aequum te praebere velis Plutarcho judicem, fatendum erit non temere eum nec sine causa tanto usum esse enunciatorum ambitu; nam — ubicunque properat ad rem quandam gravem magnique momenti, ibi omnia, quae vel praecesserunt, vel circa eam acciderunt, accumulat in protasi, ipsam illam cum vi haud parva effert per apodosin." Tandem exemplis allatis probatur, in initio apodoseos a Plutarcho particulam οὖν, si autem in duo membra apodosis dividatur, in priore membro μὲν οὖν, in posteriore δὲ poni solere. Quibus hoc unum habeo quod addam, in longioribus ejusmodi periodis non semper in apodoseos initio illud οὖν Nostro usitatum esse, sed aut prius apodoseos membrum solam particulam μὲν habere, posterius ei opponi per voculam δὲ, cujus rei exemplum sit c. 11. initium, aut non dissectam in membra apodosin sine ulla addi particula, uti c. 6. init.

3. *τὸ τῆς πόλεως ὄνομα κατενεγκὼν*] Uti cum Heldio longiorum periodorum usum in Plutarcho plerumque ex rei, quam descripturus est, gravitate repetendum censeo, ita tamen ex Latinorum scriptorum lectione universe *periodi* propr. ita dictae rationem illum traxisse putaverim. Fieri enim non potuisse, quin Noster Romanorum opera nocturna versans manu versansque diurna, scribens quoque latinae orationis sponte exprimeret colorem, cum ipsa rei ratio docet, tum etiam innumerae probant ex latina lingua ductae dictiones et verborum significationes. Ita verbum *καταφέρειν*, quod apud Xenoph. *deprimere*, *supprimere*

ὑπὸ τοῦ Λάμωνος ἀνηρημένων, ἡ δὲ κρίσις ἦν ἐπὶ τοῦ στρατηγοῦ τῆς Μακεδονίας (οὔπω γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα Ῥωμαῖοι στρατηγοὺς διεπέμποντο), οἱ δὲ λέγοντες ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπεκαλοῦντο τὴν Λευκούλλου μαρτυρίαν, γράψαντος δὲ τοῦ στρατηγοῦ πρὸς Λεύκουλλον ἐκεῖνος ἐμαρτύρησε τἀληθῆ καὶ τὴν δίκην οὕτως ἀπέφυγεν ἡ πόλις κινδυνεύουσα περὶ τῶν μεγίστων, ἐκεῖνοι μὲν οὖν οἱ τότε σωθέντες εἰκόνα τοῦ Λευκούλλου λιθίνην ἐν ἀγορᾷ παρὰ τὸν

5. ὑπὸ τοῦ AC: ὑπὸ vulg. 7. δὲ del. Reiskius et nuperi, sed v. ann. nostr. 8. Λευκόυλλον A et deinceps: Λουκούλλον vulg. 12. οἱ τότε] οὕτω C. 13. λιθίνην ἐν ἀγορᾷ τότε τοῦ Λουκούλλου C.

(cf. Sturz. Lex. Xen.), apud Thuc. in passivo *deferri* (de navibus), *in terram delabi* (cf. Popp. ad Thuc. VII. 71. p. 566.) significat, nostro loco τὸ ὄνομά τινος post se habens, prorsus refert latinam dictionem *deferre nomen* alicujus i. e. *accusare* aliquem. (Vid. tamen Coraes, qui hanc dictionem τοῦ παρακμάζοντος Ἑλληνισμοῦ vocat.) Exemplum ejusmodi attulit quoque Baehr. ad Comp. Phil. cum Flam. 3. p. 140. Sed legatur omnino ipsius Nostri modestum sane de suo latinae linguae studio judicium Dem. 2.

5. ἐπὶ τοῦ] De ratione causali, ob quam verba *jurandi*, *dicendi*, *judicandi* al. ἐπὶ cum gen. adsciscunt, ita ut genitivus exprimat personam agentem, cujus auctoritate jusjurandum, dictio, judicium nitatur, vid. Kühner A. Gr. §. 611. l. 3.

6. (οὔπω — διεπέμποντο)]. » Achaia capta subjectaque Graeciam universam, quo nomine omnes eas terras comprehendimus, quae a Graecis colebantur, Romanis in duas placuit dividi provincias, alteram septentrionalem Macedoniae nomine insignitam, cui jam inde a Philippi, Amyntae filii, aetate Thessalia quoque accensebatur (Diod. Sic. XVI. 37.), alteram Achaiam, Graeciam propriam s. Hellada et Peloponnesum complectentem eamque meridionalem, utramque initio praetori Romano, deinceps proconsuli commissam lege Clodia (Cic. in Pis.). Quare tempore adhuc Luculli Achaia praetori Romano non erat commissa. (Plut. Cim. 2. Caes. 4.)." C. F. Merleker. Achaicor. p. 460. Cf. Zinkeisen Gesch. Griechenl. I. p. 548.

9. πρὸς Λεύκουλλον ἐκεῖνος] Exspectes pronomen quod ad proxime praecedens nomen referatur οὗτος, non ἐκεῖνος; sed saepius, in primis apud Nostrum, si una tantum res indicanda fuerit, hoc pro illo positum invenies. cf. Kühner. A. Gr. §. 629. 7. et Passov. in v.

Διόνυσον ἀνέστησαν, ἡμεῖς δ', εἰ καὶ πολλαῖς ἡ-
λικίαις λειπόμεθα, τὴν μὲν χάριν οἰόμεθα διατεί-
νειν καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς νῦν ὄντας, εἰκόνα δὲ πολὺ
καλλίονα νομίζοντες εἶναι τῆς τὸ σῶμα καὶ τὸ πρόσ-
ωπον ἀπομιμουμένης τὴν τὸ ἦθος καὶ τὸν τρόπον
ἐμφανίζουσαν ἀναληψόμεθα τῇ γραφῇ τῶν παραλ-
λήλων βίων τὰς πράξεις τοῦ ἀνδρὸς τἀληθῆ διεξι-
όντες. Ἀρκεῖ γὰρ ἡ τῆς μνήμης χάρις· ἀληθοῦς δὲ

18. τὸν τρόπον] τὸ πρόσωπον C.

14. εἰ καὶ, esse concedentis (etsi, quamquam), καὶ εἰ ipsam conditionem spectantis eamque non certam esse indicantis (etiam si, etiam tum, si); docuerunt Kühner l. l. §. 824. et Hermann. ad Vig. p. 832.

15. λειπόμεθα] A currentibus ductum λείπεσθαι significare *relinqui*, *remanere*, *posteriorem esse*, vulgo satis notum. vid. c. 5. init.

— τὴν — ἡμᾶς, » gratiam (pro beneficio illo debitam) ad nos quoque *pertinere* putamus;" nam διατείνειν intrans. ita dictum Nostro frequens esse, exemplis probavit Wytt. in Ind.; apud Herod. contra et Xenoph. active tantummodo sumitur. Mediam formam διατείνεσθαι, *intendere sese*, *vires suas*, in pr. *vocem*, *clamare* Nostro usitatum esse docuerunt Held. ad Tim. 27. p. 459. et Kraner. ad Phoc. 18. p. 48.

16. εἰκόνα — ἐμφανίζουσαν]. Egregia sane τῶν βίων, quos scribere Noster coeperat, commendatio! Nec mireris a Plutarcho hoc loco et vitarum scriptionem commendatam et *veri* in primis in illis condendis exprimendi consilium significatum esse, si probabile sit quod Bryanus et Solanus statuerunt, par hoc vitarum a Nostro *primum omnium* conscriptum et editum, et a Lucullo de sua patria tam bene merito eum orsum esse. De qua quidem conjectura quid censendum et aliis visum sit, et nobis videatur, in Epistola ad Bolhusium jam indicavimus.

19. ἀναληψόμεθα] Verbum ἀναλαμβάνειν, (quod alibi apud Nostrum aut *excipere* notat convivio, Per. 9. ubi cf. Sint. p. 100. vel ad se in navem, Brut. 3. vid. Voegelin. p. 7. et Cleom. 26. cf. Schoemann. p. 250., aut *devincire* sibi, Cleom. 32. cf. Schoemann. p. 264., aut *restituere*, *resarcire*, cf. Schoemann. ad Agid. 2. p. 88. et 93. Held. ad Aem. 28. p. 256.) hoc loco *retractare*, *recolere memoria*, *recensere*, *in narrando resumere*, *repetere* indicat, uti docet Baehr. ad Alc. 10., qui p. 113. sqq. docte copioseque reliquas ctiam hujus verbi notiones explicuit.

21. Ἀρκεῖ-διήγησιν. » Sufficit enim memoriae gratia (i. e. requiritur tantum, ut facta ejus memoria recolentes gratum ei animum praestemus); pro *vero* autem testimonio (quod in causa illa Lucullus rogatus a praetore dedit) ne ipse ille quidem volucrit mercedem accipere *falsam* et *fictam* de illo enarrationem." In

μαρτυρίας οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐκεῖνος ἠξίωσε μισθὸν λαβεῖν ψευδῆ καὶ πεπλασμένην ὑπὲρ αὐτοῦ διήγησιν. Ὥσπερ γὰρ τοὺς τὰ καλὰ καὶ πολλὴν ἔχοντα χάριν εἴδη ζωγραφοῦντας, ἂν προσῇ τι μικρὸν αὐτοῖς δυσχερές, ἀξιοῦμεν μήτε παραλιπεῖν τοῦτο τελέως μήτε ἐξακριβοῦν· τὸ μὲν γὰρ αἰσχρὰν, τὸ δ' ἀνομοίαν παρέχεται τὴν ὄψιν· οὕτως, ἐπεὶ καλεπόν ἐστι, μᾶλλον δ' ἴσως ἀμήχανον, ἀμεμφῆ καὶ καθαρὸν ἀνδρὸς ἐπιδεῖξαι βίον, ἐν τοῖς καλοῖς ἀναπληρωτέον ὥσπερ ὁμοιότητα τὴν ἀλήθειαν. Τὰς δ' ἐκ πάθους τινὸς ἢ πολιτικῆς ἀνάγκης ἐπιτρεχούσας ταῖς πράξεσιν

27. αἰσχρὰν Bc. 32. πολιτικῆς] βασιλικῆς Bc.

quibus dici vix potest quantopere placeat *veri* testimonii et *fictae* enarrationis antithesis.

22. αὐτὸς ἐκεῖνος] Conjuncta haec pronomina saepe a Nostro usurpantur, ut infra c. 9. Phoc. 14. et passim.

25. ζωγραφοῦντας] Saepius hanc instituit Noster *pictoris* cum *vitarum scriptore* comparationem. Nec mirum. Quod enim in pictura difficillimum idemque summum habetur, ut corporis, in primis vultus, imago accurate exprimatur et totam hominis speciem, parvula etiam quae pulcritudini obesse videantur vitia, non aucta quidem illa, at servata tamen leviterque notata referat; ita quoque in vitae morumque imagine totus homo *vivere* quasi atque *agere* debet, virtutibus *suis* quantum fieri possit ornatus, nec vero maculis, quae illarum virtutum ut humanarum perfectioni oberant, prorsus liberatus. » Quoniam enim, inquit, difficile est sive potius fieri nequit, ut vacuam a culpa puramque viri exhibeas vitam, in rebus pulcris plene exprimenda est tamquam similitudo veritas. Quae autem ex animi quodam motu aut civili necessitate inhaerent factis peccata atque vitia, haec potius virtutis cujusdam errata quam pravitatis scelera habentes, non oportet nos cupide admodum explanare in historia atque insigniter, sed tamquam verecundantes de natura humana, quod pulcram ea nullam sine macula et culpa ad virtutem factam indolem praebeat." Et hoc quidem historici officio, quo nullum majus habuit Noster aut gravius, religiose semper pieque functus fuit. Cf. de tota hac sententia Coraes, qui χρυσῆν eam vocat, et gallicus interpres.

25. ἂν—δυσχερές » si (formis illis pulcris gratiaque plenis) parva quaedam macula insit; nam δυσχερὲς, *quidquid tractatu est difficile* notans, h. l. de eo dicitur, quod *injucundum* sit gratiaeque illi noxium. Eandem fere vim habet Sol. 20. et 26.

27. ἐξακριβοῦν, *accurate exprimere*, uti mox ἐναποσημαίνειν, in historia *designare* et *diligenter referre*.

ἁμαρτίας καὶ κῆρας ἐλλείμματα μᾶλλον ἀρετῆς τινος ἢ πονηρίας πονηρεύματα νομίζοντας οὐ δεῖ πίστιν προθύμως ἐναποσημαίνειν τῇ ἱστορίᾳ καὶ παρατρέπειν, ἀλλ' ὥσπερ αἰδουμένους ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, εἰ καλὸν οὐδὲν εἰλικρινὲς οὐδ' ἀναμφισβήτητον εἰς ἀρετὴν ἦθος γενομένοις ἀποδίδοσιν.

37. οὐδὲν εἰλικρινὲς om. C. 38. ἀναμφίσβητον A. ἀρετῆς C.

33. κῆρας.] Κῆρες apud Homerum aliosque veterum *mortis* sunt sive *fatales* deae, pro Parcis seu Μοῖραις saepe habitae, a quibus tamen ita distinguantur, ut Κῆρες mortis tantum, Μοῖραι totius humanae sortis deae habeantur. cf. v. Limburg Brouwer Myth. p. 60 et in Opere Histoire de la Civil. II. 451. Apud posterioris demum aetatis scriptores κὴρ *vitium* notat; sic in Soph. Trach. 451. κὴρ οὐ καλὴ idem est quod ὄνειδος οὐ καλὸν, ad q. l. Schol. κὴρ, μέρις, κλῆρος, μοῖρα, τύχη. Fato scilicet quum omnem noxam et calamitatem tribuerent, sponte ad animi errores hanc vocem traducentes, morali sensu de *vitiis erroribusque* acceperunt. Eandem significationis commutationem apud Homerum ipsum jam subiit vox Ἄτη, de cujus vi cf. Pass. in Lex. et Heyn. ad Hom. passim. Ceterum κῆρας vocabulum hoc sensu poëticae magis quam pedestri orationi conveniens a posterioribus scriptoribus ad Platonis exemplum non raro usurpari de malis, quibus hominum vita resque publicae corrumpantur et pervertantur, docte probat Schoemann. ad Cleom. 10. p. 205. sq.

33. ἐλλείμματα-πονηρεύματα] Plurimas nominum formas in μα desinentes apud Nostrum invenies, quas apud Xen. Thuc. alios frustra quaesiveris. Ita ἐλλείπειν, ἐλλιπὴς, πονηρὸς, πονηρεύω apud eos passim leguntur: ἔλλειμμα autem, *defectus*, *vitium*, πονήρευμα, *malefactum*, *scelus*, supra c. 1. ἀπολόγημα, *excusatio*, *defensio*, infra c. 18. μίγμα, *commixtio*, Nostro fere soli usitata sunt; quorum ἐλλείμματα etiam in Dial. de Adul. et Amic. discr. 66. ita usurpatur, ut ἐλλείμματα τοῦ καλοῦ *pulcritudinis defectus* s. *vitia* dicantur; ἀπολόγημα et μίγμα saepius leguntur; πονήρευμα vero alibi (apud Nostr.) non comparet. Eximie autem Plutarchus immensis graecae linguae usus est copiis, unde vocabula etiam nova formaret, ad animi sensus eleganter atque accurate definiendos aptissima. Quod noster quoque locus docet; nam levissimas illas a perfecta virtute aberrationes vix leniore vocabulo quam virtutis ἐλλειμμάτων nominaveris, nullo contra graviore malitiae scelera quam πονηρευμάτων.

37. εἰλικρινὲς, Hes. καθαρὸν, ἄδολον, ἀληθὲς, i. e. quod *purum* est et *ad solem spectari*, ὑπ' αὐγὰς σκοπεῖσθαι potest; quarum dictionum latinam Ern. in Clav. Cic., Graecam Ruhnk. ad Tim. p. 264. illustravit. cf. Sturz.

III. Ὁ δ' οὖν Λευκούλλος ἐδόκει σκοποῦσιν ἡμῖν τῷ Κίμωνι παραβλητέος εἶναι. Πολεμικοὶ γὰρ ἀμφότεροι καὶ πρὸς τοὺς βαρβάρους λαμπροί, πρᾷοι δὲ τὰ πολιτικὰ καὶ μάλιστα τῶν ἐμφυλίων στάσεων ἀναπνοὴν ταῖς πατρίσι παρασχόντες; ἕκαστος δέ τις αὐτῶν στήσαντες τρόπαια καὶ νίκας ἀνελόμενοι περιβοήτους. Οὔτε γὰρ Ἑλλήνων Κίμωνος οὔτε Ῥωμαίων Λευκούλλου πρότερος οὐδεὶς οὕτω μακρὰν πο-

III. 5. ἕκαστος ACB^c cf. Mor. 226. A. ἑκάτερος vulg. τις om. C.

in Lex. Xen. in v. et in primis Schoemann. ad Agid. 1. p. 73. 74., qui hanc vocem ad animum et actiones plerumque transferri exemplis probavit.

III. 1. Luculli vitam quum Plutarchus conscribendam sibi proposuisset, ita ab hoc exorsus fuit, ut, quemnam Graecorum Romano huic παράλληλον faceret, initio quaesivisse videatur. Inde factum, ut primis duobus Cimonis vitae capitibus de Luculli beneficio in patriam urbem Chaeroneam collato, non de ipso Cimone ageret. Tertio hoc tandem cap. similitudines enumerat, quae utriusque viri comparandi opportunitatem praebeant.

2. Πολεμικοὶ -- πολιτικὰ] Quodammodo illa indoles h. l. depingitur, quae a Platone (de Rep. II. 15. sqq.) in civitatis custodibus requirebatur, ut et in hostes sive barbaros se animosos atque acres et in cives simul placidos mitesque praeberent.

3. πρᾷοι δὲ τὰ πολιτικὰ] Πρᾷος proprie usurpatur de mari tranquillo, deinde ad hominis indolem translatum animum indicat nec vehementiore cupiditate perturbatum neque ullo timore afflictum, sed sapientiae et temperantiae praeceptis temperatum sibique semper constantem. Qua quidem indole praediti quid in rebus civilibus principes possint viri, tum Aristidis, Epaminondae, Fabricii, Catonis exempla docuerunt, tum etiam Cimonis vita egregie probavit. Uti enim florentissima fuit, qua Cimon viguit, Atheniensium aetas (a. C. 480—449); ita simul feracissima fuit contentionum & dissidiorum, quibus non universae tantum Graeciae res atque vires dilapsae fuissent, sed Atheniensium etiam in perniciem ruisset civitas, si tam Athenienses inter et Spartanos, potentissimos Graeciae populos, quam inter cives suos dissidentes pacem non conciliasset Cimon. Jure idcirco πρᾷος τὰ πολιτικὰ, μάλιστα τῶν ἐμφυλίων στάσεων ἀναπνοὴν ταῖς πατρίσι παρασχεῖν dicitur.

5. ἕκαστος δέ τις αὐτῶν στήσαντες] Adjectiva partem indicantia, ἕκαστος, ἑκάτερος, πᾶς, ἄλλος, in singulari posita, saepe jungi cum verbo plurali, quod ad universos referatur, docuit Kühner l. l. §. 509., qui idem de pronomine τὶς, adjectivis adhaerente, docte disseruit §. 633.

6. νίκας ἀνελόμενοι] Ἀναιρεῖσθαι, *sibi tollere*, *reportare*, jam

λεμῶν προῆλθεν, ἔξω λόγου τιθεμένων τῶν καθ' Ἡρακλέα καὶ Διόνυσον, εἴ τέ τι Περσέως πρὸς Αἰθίοπας ἢ Μήδους καὶ Ἀρμενίους ἢ Ἰάσονος ἔργον ἀξιόπιστον ἐκ τῶν τότε χρόνων μνήμῃ φερόμενον εἰς τοὺς νῦν ἀφῖκται. Κοινόν δέ πως αὐτῶν καὶ τὸ ἀτελὲς γέγονε τῆς στρατηγίας, ἑκατέρου μὲν συντρίψαντος, οὐδετέρου δὲ καταλύσαντος τὸν ἀνταγωνιστήν. Μάλιστα δ' ἡ περὶ τὰς ὑποδοχὰς καὶ τὰς φιλανθρωπίας ταύτας ὑγρότης καὶ δαψίλεια καὶ τὸ νεαρὸν

13. καὶ τὸ ἀτελὲς αὐτῶν C.

apud Homerum, praesertim in medio, usitatum fuisse de victoriae praemiis, quae προκείμενα ad metam curriculi victores sibi tollerent, monuit Passov. in Lex.

9. ἔξω λόγου τίθεσθαι] Τιθέναι in activo et medio cum ἔξω λόγου conjunctum pro *excipere*, *ex numero eximere*, apud solum, ni fallor, Plutarchum legitur. cf. Hoogeveen. ad Vigerum p. 297 b. De dictione ἐν λόγῳ τίθεσθαι, illi fere opposita, vid. infra ad c. 16. cf. Voegel. ad Brut. 45. p. 95.

— τῶν καθ' Ἡρακλέα] *Bacchi* in Indiam expeditionem post Alexandri demum tempora effictam statuit van Limburg Brouwer, Myth. p. 135. et in opere Hist. de la civil. II. 383 sqq. *Herculis* varia itinera tota celebravit antiquitas. cf. idem l. l. p. 139 et in Hist. d. l. Civ. II. 400. sqq. De *Persei* expeditionibus in Aethiopiam aliasque regiones cf. Sims. Chron. p. 216 sq. *Jasonis* tandem res tum a Scholiast. et interpretibus ad Eur. Medeam passim, tum in Sims. Chron. p. 245. tractatae sunt.

14. συντρίψαντος] Elegans in his verborum συντρίβειν et καταλύειν antithesis; nam, imagine ab athletis ducta, illud adversarii membra contusa atque *contrita*, hoc ejus vires fractas non tantum, sed prorsus etiam *dissolutas* notat. Ceterum de verbi καταλύειν vi cf. Held. ad Tim. 11. p. 380.

16. Μάλιστα-ὑπάρχει. » Maxime autem in conviviis et humanitatis hujusmodi documentis indulgentiam et lautitiam et juvenilem atque liberalem vivendi rationem eandem in utroque conspicere licet." Φιλανθρωπία saepius apud Nostrum *beneficium* s. *munus* notat, ut Sol. 2. & 28. Alc. 16. h. autem loco recte a Wytt. in Ind. de *conviviis* accipitur. » Scilicet, quod homines juvat, quod gratum et delectabile est, scite a Graecis φιλάνθρωπον dicitur." Schoemann. ad Cleom. 13, p. 216. cf. Held. ad Aem. 37, p. 290 & Baehr. ad Alc. 1, p. 57. sq.

17. ὑγρότης] Ὑγρὸς, Hes. μαλακὸς, *mollis*, *lenis*, opponitur τῷ σκληρῷ, nec tantum omne notat quod *humidum* sit, vel *molle* contactu, (qua significatione apud Xen. saepius legitur) sed etiam apud Platonem & Nostrum de animo, *non duro*, neque austero sed *versatili*, *indulgente*, *negligenti* dicitur. Ita

καὶ ἀνειμένον ἐν τῇ διαίτῃ παραπλήσιον ἐπ' ἀμφοτέρων ἰδεῖν ὑπάρχει. Παραλείπομεν δ' ἴσως καὶ ἄλλας τινὰς ὁμοιότητας, ἃς οὐ χαλεπὸν ἐκ τῆς διηγήσεως αὐτῆς συναγαγεῖν.

IV. Κίμων ὁ Μιλτιάδου μητρὸς ἦν Ἡγησιπύλης, γένος Θρᾴττης, θυγατρὸς Ὀλόρου τοῦ βασιλέως, ὡς ἐν τοῖς Ἀρχελάου καὶ Μελανθίου ποιήμασιν εἰς αὐτὸν Κίμωνα γεγραμμένοις ἱστόρηται. Διὸ καὶ Θουκυδίδης ὁ ἱστορικὸς τοῖς περὶ Κίμωνα κατὰ γένος προσήκων Ὀλόρου τε πατρὸς ἦν εἰς τὸν

IV. 6. τε om. C.

Marius, vir natura durus atque austerus, παρὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν ὑγρός τις εἶναι βουλόμενος καὶ δημοτικὸς, Mar. 28. init. Pariter nostro loco ὑγρότης de splendida et liberali conviviorum quam plurimis parandorum consuetudine accipiendum, qua omnium sibi Cimon devinciebat Atheniensium animos. cf. Sint. ad Per. 5, qui „ὑγρὸν — inquit, opponitur τῷ ὑποτύφῳ, fastidio, Periclis. Recte Voegelinus ad Brut. 29. observavit ὑγρὸν significare omnino molle quid et flexibile oppositumque esse gravitati viros decenti. Vid. Mor. p. 3. E. εὔπλαστον γὰρ καὶ ὑγρὸν ἡ νεότης. p. 97. B. τῇ πολυφιλίᾳ ψυχὴν ὑποκεῖσθαι δεήσει πολυπαθῆ καὶ πολύτροπον καὶ ὑγρὰν καὶ ῥᾳδίαν μεταβάλλειν. p. 51. B. ὑγρὸς ὢν καὶ πιθανὸς μεταβάλλεσθαι."

IV. 3. Ἀρχελάου καὶ Μελανθίου]. De his vid. prooemium p. 21. sqq.

4. Διὸ—Θουκυδίδης]. De genere Thucydidis ejusque cum Cimone cognatione gravissima in rebus historicis est quaestio, quam potissimum intelliges e Thucydidis vita a Marcellino (aliisque) conscripta et illustrata a Popp. Vol. I. ed. Thuc. p. 309. sqq. Docte hanc Marcellini vitam recensuit et observationibus criticis ornavit G. H. Grauert. Mus. Rhen. I. 3. 169. sqq. Qua disputatione primum probavit (p. 176. & 177.), Thucydidi patrem fuisse non *Orolum* (uti Voss. Inst. Or. II. 13. 3., de Hist. Gr. I. 4. et Fabric. Bibl. Gr. II. 722. ed. Harl. Marcellino ac Didymo, ut putabant, fidentes, scribendum statuerunt), sed *Olorum*, quemadmodum Plutarchus scripsit; deinde (p. 179. sqq.) docuit, Thucydidem non tantum cum Cimonis familia, sed etiam cum Pisistratidis affinitatis vinculo junctum fuisse (id quod a Marcellino §. 18. ex Hermippo traditur et affirmatur a Thucyd. Schol. ad I. 20.). Collato enim Plut. Sol. 10. cum Herod. VI. 35. eundem *Philaeum* et in Pisistrati pago avum et in gente Miltiadis fuisse confecit; unde affines eorum familias fuisse, jure conjiciendum statuit. Grauerto pleraque assentitur Roscher., qui in Ope-

πρόγονον ἀναφέροντος τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὰ χρυσεῖα περὶ τὴν Θράκην ἐκέκτητο. Καὶ τελευτήσαι μὲν

7. τὰ χρυσεῖα] Coraes aut delendum τὰ aut τὰ χρυσεῖα τὰ περὶ legendum censet, qua commutatione non opus est. χρυσία Cia.

re nuper edito de Thuc. vita, scriptis etc. singula haec accurate exponens, p. 89. sqq. quo melius de Thucydidis cum Cimone cognatione judicaretur hoc stemma confecit:



In quo stemmate quae continuis indicantur lineis, certis antiquorum confirmantur testimoniis, quae punctis conjunguntur, verosimillima reddidit Roscheri disputatio p. 89 et 91. Huic autem Roscheri stemmati quum universe illud congruat, quod, docta annotatione illustratum, opusculo suo Lucas adjecit, non quidem totum id afferendum, sed ita tamen alterum ex altero complendum nobis videtur, ut ad domesticas Cimonis res, cum alibi tum c. 16. memoratas, melius intelligendas prodesse possit.



4. Διὸ—ἐκέκτητο. » Quare etiam Thucydides historicus Cimoni genere cognatus et Oloro patre erat ad avum referente nominis similitudinem et aurifodinas in Thracia possidebat." Quas quidem possessiones num jure Noster Thracico Thucydidis generi tribuerit, dubium fit ex Marcell. vita §. 19. ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ἀπὸ Σκαπτῆς ὕλης τῆς Θρᾴκης πλουσίαν σφόδρα, καὶ μέταλλα κεκτημένην ἐν τῇ Θρᾴκῃ. τοῦτον δὲ τὸν πλοῦτον λαμβάνων κ. τ. λ. Recte idcirco,

ἐν τῇ Σκαπτῇ ὕλῃ (τοῦτο δ' ἔστι τῆς Θρᾴκης χωρίον) λέγεται φονευθεὶς ἐκεῖ, μνῆμα δ' αὐτοῦ τῶν λειψάνων εἰς τὴν Ἀττικὴν κομισθέντων ἐν τοῖς Κιμωνείοις δείκνυται παρὰ τὸν Ἐλπινίκης τῆς Κίμωνος ἀδελφῆς τάφον. Ἀλλὰ Θουκυδίδης μὲν Ἀλιμούσιος γέγονε τῶν δήμων, οἱ δὲ περὶ τὸν Μιλτιάδην Λακιάδαι. Μιλτιάδης μὲν οὖν πεντήκοντα ταλάντων ὄφλων δίκην καὶ πρὸς τὴν ἔκτισιν εἱρχθεὶς ἐτελεύ-

9. τῇ om. C., γρ. σκαπτησύλῃ. Steph. σκαπτησύλη πόλις Θρᾴκης μικρά' marg. Mureti V. cf. Poppo Thucydid. t. I. I. p. 319.' Sint. 13. ἀλιμενούσιος C. 14. τὸν δῆμον Muretus X et editores cum [C]. Vid. Sint. ad Them. 1. 16. ὀφλὼν Schaeferus: ὄφλων libri. εἱρχθεὶς ia.

utrum proavis an uxori Thracicas illas opes debuerit Thucydides, incertum esse docet Roscher. p. 96.

8. τελευτῆσαι] De loco, quo Thucydides mortuus fuerit, quatuor diversas antiquorum traditiones dijudicat Roscher. p. 104., quarum prima Timaeo auctore est, eum in Italia diem supremum obiisse, altera Apollodori Parpari in Asia minore, tertia Plutarchi aliorumque in Thracia, quarta tandem Didymi, et ut videtur Zopyri ac Cratippi Athenis eum mortuum esse. Tertia Roschero verisimilis quidem, at postrema tamen maxime probanda videtur. Hanc igitur secuti, Thucydidem ex exsilio revocatum Athenis et decessisse, et in Cimonis familiae monimentis, quod Noster quoque docet, sepultum fuisse censemus. cf. tamen Grauert. ll. p. 180. et 183. sqq.

11. Κιμωνείοις] De Cimonis s. Cimonum sepulcris vid. ad c. 19.

13. Ἀλιμούσιος] De demo sive vico, qui Ἀλιμοῦς s. Ἀλιμοῦς vocabatur, vid. Leake, die Demen von Attika, edit. a Westermanno, p. 46. et 223.

15. Λακιάδαι] De demo Λακιάδαις sive Λακκιάδαις, qui tribus erat *Oneidos*, vid. Leake, p. 14, 139, 229.

— πεντήκοντα ταλάντων] Capitis absolutum Miltiadem quinquaginta talentis multatum fuisse tradunt Herodotus quoque & Nepos, ille VI. 136. causam addens, κατὰ τὴν ἀδικίην, quod nempe Athenienses, classem petendo, qua aurum iis adveheret, delusisset; hic 7. 5. »quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus discessisset." — Demosthenes vero adv. Aristocratem p. 688. ed. Reisk., quod tyrannidem in patria affectasset, damnatum esse perhibet. Cf. Rinckius, p. 58. in Prol. ad Aemil. Prob. praemissis Aemilio & Nepoti, ed. C. L. Roth. Basil. 1841. qui recte monet, etiam Probum, discrepantes opiniones haud raro conjungentem, eandem causam damnationis memorare, quod Miltiades non videretur esse posse privatus.

16. εἱρχθεὶς ἐτελεύτησεν]

τησεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, Κίμων δὲ μειράκιον παντάπασιν ἀπολειφθεὶς μετὰ τῆς ἀδελφῆς ἔτι κόρης οὔσης καὶ ἀγάμου τὸν πρῶτον ἠδόξει χρόνον ἐν τῇ πόλει καὶ κακῶς ἤκουεν ὡς ἄτακτος καὶ πολυπότης καὶ τῷ πάππῳ Κίμωνι προσεοικὼς τὴν φύσιν, ὃν δι' εὐήθειάν φασι Κοάλεμον προσαγορευθῆναι. Στησίμβροτος δ' ὁ Θάσιος περὶ τὸν αὐτὸν ὁμοῦ τι χρόνον τῷ Κίμωνι γεγονὼς φησιν αὐτὸν οὔτε μουσικὴν οὔτε ἄλλο τι μάθημα τῶν ἐλευθερίων καὶ τοῖς

22. κολέαμον C. 24. οὔτε—οὔτε] μήτε—μήτε C.

Nepos 7. 6. & Just. II. 9. 9. cum Nostro consentiunt, *in carcere* Miltiadem mortuum esse; quod tamen silet Herod. II, qui tantum putrefacto vulnere eum decessisse, L talenta vero a filio Cimone soluta esse ait. cf. Rinckius II. p. 59.

17. Κίμων δὲ μειράκιον] Nepos. Cim. 1. 1. »Cimon, inquit, eadem custodia tenebatur, neque legibus Atheniensibus emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater multatus erat, solvisset." Alii scriptores, quamvis inter se discrepantes, Cimonem vincula publica sibi optavisse perhibent, ut corpus patris ad sepulturam redimeret. Quae tamen omnes de Cimonis carcere narrationes quomodo confictae existimandae sint et refutatae ex Demosth. or. adv. Androtionem p. 423., docuit Rinckius II. p. 85. cf. in primis A. Pauly Real-Encycl. p. 364. et Lucas, Versuch einer Charakteristik Kimon's, p. 23, quorum hic Plutarchum, si narrationi de voluntaria Cimonis custodia fidem habuisset, minime silentio illam praetermissurum fuisse statuit tamquam juvenile factum, quo durum minusque honestum adolescentiae ejus initium illustrari atque exhilarari potuisset.

20. ἄτακτος] Prouti in permultis aliis, ita de Cimonis adolescentis intemperantia atque vinolentia quoque Stesimbrotum Thasium ducem Nostro fuisse, recte monet Lucas. p. 9. cf. prooem. nostr. p. 19.

22. εὐήθειαν, *stultitiam*, *fatuitatem*; quae vocabuli vis, licet origini ejus contraria, quomodo sensim sensimque exstiterit, eleganter docet Ruhnk. ad Tim. in v.

— Κοάλεμον, *stultum*, *fatuum*. Erravit Hudson. ad Marcell. vitam Thucydidis, Cimonem Coalemum a Plutarcho cum Cimone nostro confundi ratus, Thuc. Popp. I. p. 316.; nam satis perspicue avum Cimonis, non nostrum ipsum, Coalemum cognominatum fuisse Plutarchus refert. De vocis vi cf. Ruhnk. ad Tim.

— Στησίμβροτος] Cf. disputatio nostra de fontibus in prooem. p. 16. sqq.

25. ἐλευθερίων] Μαθήματα ἐλευθέρια studia sunt *liberalia*, libero homine digna; nam adjectiva in ιος, uti φίλιος, ἐλευθέριος, καθάριος, *studium* sive *cupiditatem* indicant illius proprietatis, quae formis in ος, unde illa originem ducunt, expri-

Ἑλλησὶν ἐπιχωριαζόντων ἐκδιδαχθῆναι δεινότητός τε καὶ στωμυλίας Ἀττικῆς ὅλως ἀπηλλάχθαι, καὶ τῷ τρύπῳ πολὺ τὸ γενναῖον καὶ ἀληθὲς ἐνυπάρχειν καὶ μᾶλλον εἶναι Πελοποννήσιον τὸ χρῆμα τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνδρὸς, 30

25. ἐλευθερίων] ἐπιχωρίων C. 27. ἀπηλλαγμένον C. 28. καὶ ἀληθὲς ἐνυπάρχειν om. C. 29. σχῆμα Valckenarius diatr. p. 220. vid. annot.

mitur. cf. Wyttenb. ad select. princ. Histor. p. 375.

26. ἐπιχωριαζόντων] Apud Xenoph. & Thucyd. (ut patet ex Sturz. Lex. Xen. et Poppon. Ind.) ἐπιχώριος, *patrius*, *patrio more receptus*, *indigena*, legitur, non autem verbum, ἐπιχωριάζειν, quod Plato Phaed. 57. A. pro *commorari*, posterioris aevi scriptores, in quibus Plutarchus, pro *patrium esse*, *more receptum esse* usurparunt.

— δεινότης. Apud Herod. & Xenoph., qui hoc substantivum ignorant, tantummodo adject. δεινὸς usurpatur, *terribilis*, *vehemens*, *cujusvis rei peritus* fere notans. Thucydides autem nomini δεινότης eam, quam hic et alibi Plutarchus, significationem, *dicendi* nempe *peritiae* sive *facultatis*, jam tribuit III. 37. p. 595. Popp. & VIII. 68. p. 759. Quam quidem δεινότητος hoc quoque loco, notionem esse, optime ex apposito στωμυλίας, *dicendi volubilitas*, intelligitur; uti autem Atheniensibus τὸ πολύλογον atque στωμυλία fere vitio vertebantur, ita hic quoque δεινότης in malam quodammodo partem de nimia dicendi peritia et solertia accipiendum videtur; quod in primis probant, quae mox opponuntur, τὸ γενναῖον καὶ ἀληθές. Cf. de formis δεινὸς λέγειν sive εἰπεῖν, & δεινότης Baehr. ad Plut. Alcib. 10. p. 111. & Pyrrh. 14. ubi p. 180. » δεινότης, inquit, hoc loco est vis illa in dicendo, quae omnia sibi subjicit, omnia frangit ac vincit." Vid. etiam Sinten. ad Them. p. 39.

29. μᾶλλον εἶναι Πελοποννήσιον τὸ χρῆμα τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνδρὸς]. In toto hoc loco Plutarchus diversam illam Atheniensium et Dorum, in primis Spartanorum, cogitasse videtur indolem, quorum illi omnium fere artium et doctrinarum studiis cultiores quidem et elegantiores, at simul astuti magis atque ad rerum veritatem dicendi artificio vel simulandam vel dissimulandam proni; hi contra, ab humanitatis illis artibus alieni, rerum magis quam verborum, veritatis quam speciei, nativi candoris quam inanis ostentationis amantes erant. Cimoni autem, naturâ suâ ad Laconum τὸ γενναῖον καὶ ἀληθὲς, quam ad στωμυλίαν Ἀττικὴν procliviori, eleganter apteque Stesimbrotus Πελοποννήσιον τὸ χρῆμα τῆς ψυχῆς fuisse dicit. Nam τὸ χρῆμα saepe cum genitivo singulari jungi, exemplis copiose docuit Vigerus p. 157. ubi vid. Hoogeveen., qui ex Aristoph. Vesp. vs. 927. memorans:

Κλέπτον τὸ χρῆμα τ' ἀνδρός.

apte vertit: *Furax ille homo to-*

Φαύλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθόν,
κατὰ τὸν Εὐριπίδειον Ἡρακλέα· ταῦτα γὰρ ἔστι
τοῖς ὑπὸ τοῦ Στησιμβρότου γεγραμμένοις ἐπειπεῖν.
Ἔτι δὲ νέος ὢν αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν τῇ ἀδελφῇ.
Καὶ γὰρ οὐδ' ἄλλως τὴν Ἐλπινίκην εὔτακτόν τινα
γεγονέναι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς Πολύγνωτον
ἐξαμαρτεῖν τὸν ζωγράφον· καὶ διὰ τοῦτό φασιν ἐν
τῇ Πλησιαγακτίῳ τότε καλουμένῃ, Ποικίλῃ δὲ νῦν

31. φαύλων V. vid. annot. 32. Scribebatur ἐστι, Sintenis ἔστι maluit, quod probo. 38. πλησιακτίῳ a. vid. annot.

tus est. Additur enim nomen χρῆμα genitivo, ut rei naturam totam ejusmodi esse, qualis epitheto indicatur, ostendat, atque excellentiam aliquam, tam in bonam quam in malam partem, significet. Locus noster idcirco vertendus: *Peloponnesium ingenium Cimonis fuisse totum*, prorsus λακωνικόν. Jure igitur Sintenis, ad h. l. »σχῆμα Valckenarius diatr. p. 220., quem vide ne refellat ipsius annotatio ad Phoeniss. v. 206." Nam ad Phoen. versum:

φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ.

docte, ut solet, hanc Graecae linguae exponit elegantiam, quam totam ipse sustulit, lectione illa in Diatr. proposita.

31. φαῦλον--ἀγαθόν] Idem hicce Eurip. versus de populo Romano, artium studiis nondum ad luxuriam delinito, sed bellis tantum gerendis agrisque colendis adsueto, ita in Plut. Marcello 21.:

φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστά τε ἀγαθόν.

ubi, pariter atque nostro loco in uno codice φαύλων, et in pluribus post ἄκομψον, ὄντα μέγιστά τε ἀγαθόν legitur. Φαύλων defendi possit, si pendere putetur ab ἄκομψον, *ad vilia nondum informatum.* Pro ὄντα Valcken. Diatr. p. 220., qui separatim ὂν τὰ sumsit, solum artic. τὰ retinuit, quem Coraes et Schaeferus secuti sunt „nimio (Sintenis ait), ut ego arbitror, elegantiae studio." Ceterum hunc versum ex Euripidis esse Licymnio anapaesticum, Valcken. ll. efficit ex Diog. Laert. III. 63. Suida in ἰδέα et in φαῦλον. Etymol. p. 789. 33. (qui illinc facile corrigi poterunt). Errat autem summus vir, Marcellum dici φαῦλον κ. τ. λ. memorans; non enim ad eum, sed ad populum Rom. ab illo, ut ajebant, corruptum, a Plutarcho refertur. cf. etiam Coraes ad h. l.

34. πλησιάζειν] *appropinquare*, in primis de coitu dici, satis notum est. Saepissime autem hanc verbi apud Plutarchum esse vim, Wyttenb. in Ind. allatis locis probavit *in voce.*

38. Πλησιανακτίῳ] „Apud Diogenem Laërt. VII. 5. in vita Zenonis legitur, porticum eam antiquitus Πεισιανακτίαν appel-

481 στοᾷ, γράφοντα τὰς Τρωάδας τὸ τῆς Λαοδίκης ποιῆσαι πρόσωπον ἐν εἰκόνι τῆς Ἐλπινίκης. Ὁ δὲ Πολύγνωτος οὐκ ἦν τῶν βαναύσων οὐδ' ἀπ' ἐργολαβίας ἔγραφε τὴν στοάν, ἀλλὰ προῖκα, φιλο- 40

latam; inde a pictura Polygnoti Ποικίλην (id est *Variam*) dictam fuisse. Quod et Suidas et alii habent; et nomen Poeciles eodem modo interpretatur ipse Pausanias. Itaque hic in Plutarcho mendum est, reponendumque Πεισιανακτίῳ, vel, ut Suidas et Varinus scribunt, Πεισιανακτείῳ. Meminit rei, de qua hic disseritur, Plinius etiam, lib. XXXV. cap. 9." Haec Xylander. Coraes ad. h. l. idem monet. Nec tamen idcirco Sintenis a Codicum lectione discessit; recte, ut credo; utriusque enim formae tam Πλησιανάκτειον quam Πεισιανάκτειον aeque incerta est origo, nec facilis explicatu. Nam quod aliquando conjeceram, Πλησιανάκτειον (ex πλησίον et Ἀνάκειον sive Ἀνάκτορον, Dioscurorum templum sub arce positum) ita dictum fuisse, quia porticus haec *proximam ad* τὸ Ἀνάκειον forum relinquentibus viam aperiret (vid. descriptio urbis Athenarum in Anacharside Barthelem. II.), vix tanti id facio, ut commemorem. Ceterum doctissime, ut solet, de hac porticu Meursius egit, Athen. Att. I. 5., qui omnibus, quos magno numero affert, locis Πεισιανακτίῳ legisse videtur. Picturarum autem, quibus porticus ornata fuit, inter alias is memorat Trojae excidium, conventumque item regum ob Ajacis facinus; Ajacem autem ipsum expressum et Cassandram inter caeteras captivas, in quibus etiam Laodicen, Priami filiam, Elpinices faciem referentem; tum vero in extrema parte spectatam fuisse Atheniensium ac Plataeensium cum Medis pugnam, ad Marathonem commissam (cf. Pausan. ll. V, 21. Plut. nostro l. et Nepos in Miltiade). Et harum quidem rerum pictores fuisse Polygnotum Thasium, Miconem Atheniensem et Panaenum, Phidiae fratrem. Sed ipse Meursius dignissimus est, quem adeas ll.

41. Βάναυσος, pro βαύναυσος, vulgo audit, quicunque vilem et illiberalem laborem peragit. Origo vocis, ex βαύνη sive βαῦνος, *fornace* et αὔω, *uro*, *incendo*, indicat hominem, qui ad caminum sive fornacem operans, atque ita contemtam plerisque vitam agens, sedentariam sordidamque artem exercet. cf. Hesych. Etym. M. & Suidas. vid. Rost. et Palm.. ad Passov. in v.

— ἐργολαβεῖν dicuntur, qui, mercede conducti, opus faciendum suscipiunt.

42. φιλοτιμούμενος πρὸς τὴν πόλιν].Harpocrat.in Πολύγνωτος. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἱερείας. Περὶ Πολυγνώτου τοῦ ζωγράφου, Θασίου μὲν τὸ γένος, υἱοῦ δὲ καὶ μαθητοῦ Ἀγλαοφῶντος, τυχόντος δὲ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας, ἤτοι ἐπεὶ τὴν Ποικίλην στοὰν ἀνέγραψε προῖκα· ἢ, ὡς ἕτεροι, τὰς ἐν τῷ Θησαυρῷ καὶ Ἀνακείῳ γραφὰς, ἱστορήκασιν ἄλλοι τε καὶ Ἀρτέμων ἐν τῷ Περὶ ζωγράφων καὶ Ἰόβας ἐν τοῖς περὶ Γραφικῆς. Dubium igitur relinquitur in his, utrum Polygnotus arte suâ Poecilen illustrans apud Athenienses φιλοτιμίαν sive

τιμούμενος πρὸς τὴν πόλιν, ὡς οἵ τε συγγραφεῖς ἱστοροῦσι καὶ Μελάνθιος ὁ ποιητὴς λέγει τὸν τρόπον τοῦτον·

Αὐτοῦ γὰρ δαπάναισι θεῶν ναοὺς ἀγοράν τε
Κεκροπίαν κόσμησ' ἡμιθέων ἀρεταῖς.

Εἰσὶ δ' οἳ Ἐλπινίκην οὐ κρύφα τῷ Κίμωνι, φανερῶς δὲ γημαμένην συνοικῆσαι λέγουσιν ἀξίου τῆς εὐγενείας νυμφίου διὰ τὴν πενίαν ἀπορουμένην· ἐπεὶ δὲ Καλλίας τῶν εὐπόρων τις Ἀθήνησιν ἐρασθεὶς

44. ὁ ποιητὴς om. C. 46. γὰρ] δὲ V. 47. κόσμησε καὶ Stephaniana. ἀρεταῖς Reiskius: ἀγοραῖσι libri, γραφαῖσιν codex Mediceus Dacerii. 50. πενίαν] ἀπορίαν C.

honoris studium explicuerit, ut gratis pingendo civitatis acciperet honorem, an potius, ut civitate jam donatus gratiam pro hoc beneficio iis haberet (utrumque enim verbo φιλοτιμεῖσθαι πρός τινα indicatur); hoc tamen potius assumendum, quippe Harpocrationis verbis magis consentiens.

49. οἵ τε συγγραφεῖς] Ita prosae sive solutae orationis scriptores, in primis historicos, dici poëtis oppositos, satis vulgo notum est.

48. εἰσὶ δ' οἱ] Expositu sane est difficillima de Cimonis cum sorore Elpinice consuetudine quaestio, jure a Lambino nodus inexplicabilis dicta. Nam, ut antiquorum contrarias hac de re sententias taceam, recentiorum interpretum alii, cum Nepote facientes, *germanam* sororem ab eo dici ὁμοπάτριον, et secundum Atheniensium leges ejusmodi conjugium nihil turpitudinis habuisse existimant; quare inanes prorsus fuisse hac de re in Cimonem allatas criminationes. Hanc sententiam propugnarunt Janus Rutgersius Var. Lect. l. I. c. 9. Xylander ad h. l. (qui tamen, ut cum Nepote Plutarchum conciliet, non, quod matrimonio sibi eam junxisset, Cimonem accusatum esse, sed quod ea citra nuptias abusus crederetur, censet;) et Hisely, in disput. de font. et auct. Corn. Nep. p. 33. seqq. Alii contra Plutarchum auctorem secuti, Cimonem adolescentem, quod inceste sorore uteretur, insimulatum esse dicunt, quorum principes Muretus Var. Lect. XV. 5., et Rinckius in Prol. ad Aemil. Probum p. 40. sqq. qui fuse atque docte hanc causam exposuit. Cf. omnino Lucas, l. l. p. 25.

51. Καλλίας] Calliam hunc eundem fuisse, qui Λακκόπλουτος cognominaretur, vulgo putant, cf. Rinck. Prol. ad Aem. Prob. p. 85. Alium tamen intelligendum, inferiore loco natum, Krafft. in opere Real-Encyclop. der Class. Alterthumswiss. in v. inde probat, quod et Nepos dicat: „Callias *quidam* non tam generosus quam pecunio-

προσῆλθε τὴν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς καταδίκην ἐκτίσειν ἕτοιμος ὢν πρὸς τὸ δημόσιον, αὐτὴν τε πεισθῆναι καὶ τὸν Κίμωνα τῷ Καλλίᾳ συνοικίσαι τὴν Ἑλπινίκην. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅλως φαίνεται τοῖς περὶ τὰς γυναῖκας ἐρωτικοῖς ὁ Κίμων ἔνοχος γενέσθαι. Καὶ γὰρ Ἀστερίας τῷ γένει Σαλαμινίας καὶ πάλιν Μνήστρας τινὸς ὁ ποιητὴς Μελάνθιος μνημονεύει πρὸς τὸν Κίμωνα παίζων δι' ἐλεγείας ὡς σπουδαζομένων ὑπ' αὐτοῦ. Δῆλος δ' ἐστὶ καὶ πρὸς Ἰσοδίκην τὴν

52. προσῆλθε — 53. ἑτοιμὸς in marg. m. sec. habet A. ἐκτίσειν ia. αὐτὸν V. 59. σπουδαζομένην A.

sus," et Dio Chryst. Orat. de Fid. LXXIII. T. II. p. 391. eum ἄνδρα ταπεινὸν vocet, et ipse Plutarchus eum genere imparem Miltiadis filiae fuisse significet. Quorum argumentorum duo priora tantum valent, ut facile nos moveant, tertium vero ex Nostri narratione vix effici potest. Ceterum vide quae de *Calliarum* familia infra disputantur ad c. 13.

52. προσῆλθε] Quamvis προσέρχεσθαι saepius eandem, quam πλησιάζειν, *accedendi* nempe *ad mulierem* sive *coeundi* vim habeat, hoc tamen loco explicare malo per *adire*, *se conferre ad aliquem*, in primis propter additam, quam Cimon obtulerit, conditionem.

56. τοῖς—ἐρωτικοῖς ἔνοχος, *rebus amatoriis* sive *amori deditus*. Verbum ἐνέχεσθαι, *teneri*, *implicari* apud Herod. Platonem et Nostrum saepius legitur, ut patet e Lex. Schweigh. Astii et Wytt. Xenophon duobus locis a Sturzio in Lex. allatis adjectivo usus est pro *obnoxius* crimini, quo sensu frequens est apud Platonem (cf. Ast. l. l.); nec minus usitatum Nostro idem valet quod *obstrictus*, *implicitus*, *deditus*. — Exempla affert Wytt. in Ind.

59. παίζων—σπουδαζομένων] Uti παίζειν et σπουδάζειν, *joco* et *serio agere s. loqui*, cum apud alios Graecorum scriptores (cf. Ast. Lex. Plat.), tum apud Nostrum Alc. 3. sibi opponuntur; ita eleganter h. l. Melanthius dicitur παίζων πρὸς τὸν Κίμωνα, *cum Cimone* in elegiis *ludens* sive jocis in eum usus memorare Asteriam et Mnestram, tamquam ab eo σπουδαζομένας, *magni aestimatas studioseque amatas*.

60. Δῆλος δ' ἐστὶ-ἀποθανούσης. „Manifestum autem est, Cimonem in Isodicen quoque, Euryptolemi, Megaclis (filii), filiam, quae secundum leges ei nupta fuit, vehementiore amore affectum fuisse, ejusque mortem aegerrime tulisse &c." Συμβιοῦν & συνοικεῖν quatenus differant, docet Wytt. ad Mor. 142. F. „Eorum, inquit, quibus concubitu tantummodo junctum est conjugium, ratio ejusmodi esse dicitur, ut συνοικεῖν ἄν τις ἀλλήλοις, οὐ συμβιοῦν νομίσειεν.

60. Ἰσοδίκην filiam *Eurypto-*

Εὐρυπτολέμου μὲν θυγατέρα τοῦ Μεγακλέους, κατὰ νόμους δ' αὐτῷ συμβιώσασαν, ὁ Κίμων ἐμπαθέστερον διατεθεὶς καὶ δυσφορήσας ἀποθανούσης, εἴ τι δεῖ τεκμαίρεσθαι ταῖς γεγραμμέναις ἐπὶ παρηγορίᾳ τοῦ πένθους ἐλεγείαις πρὸς αὐτὸν, ὧν Παναίτιος ὁ φιλόσοφος οἴεται ποιητὴν γεγονέναι τὸν φυσικὸν Ἀρχέλαον οὐκ ἄπο τρόπου τοῖς χρόνοις εἰκάζων. 65

63. εἴ τι] ἔτι i.

lemi, qui *Megaclis* erat filius. — Quisnam hic Megacles fuerit, non satis mihi constat. Celebratus in primis ab Herodoto fuit *Megacles* Alcmaeonis filius, Pisistrati aequalis atque in civitate aemulus, ex cujus matrimonio post nobilissimum certamen cum Agariste, Clisthenis, Sicyonii tyranni, filia, inito, auctore Herodoto, VI. 131. *γίνεται* Κλεισθένης τε ὁ τὰς φυλὰς καὶ τὴν δημοκρατίην Ἀθηναίοισι καταστήσας, ἔχων τὸ οὔνομα ἀπὸ τοῦ μητροπάτορος τοῦ Σικυωνίου· οὗτός τε δὴ γίνεται Μεγακλέι καὶ Ἱπποκράτης· ἐκ δὲ Ἱπποκράτεος, Μεγακλέης τε ἄλλος, καὶ Ἀγαρίστη ἄλλη, ἀπὸ τῆς Κλεισθένεος Ἀγαρίστης ἔχουσα τὸ οὔνομα, ἣ συνοικήσασά τε Ξανθίππῳ τῷ Ἀρίφρονος, καὶ ἔγκυος ἐοῦσα, εἶδε ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ, ἐδόκεε δὲ λέοντα τεκεῖν· καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας, τίκτει Περικλέα Ξανθίππῳ. Nullam igitur Herodotus de Euryptolemo, ex illis saltem nuptiis nato, mentionem facit. Vid. Stemma hujus generis ap. Sinten. ad Per. 3. p. 63. At plures tamen liberos Megacli fuisse, ex iis patet, quae Herodot. I. 60. memorat. Ibi enim Megacles filiam suam Pisistrato in matrimonium dedisse narratur, atque ea conditione eum adjuvisse in Athenarum tyrannide recuperanda; nomen vero filiae non memoratur. Si autem ponamus, cum hac filia etiam Euryptolemum ex alia uxore Megacli natum fuisse, temporum rationes hujus Euryptolemi filiam Isodicen Cimoni nuptam fuisse sinunt; quo tamen assumto, Periclis (materno genere ab eodem Megacle oriundi) in Cimonem non obtrectationem tantum, sed continuum fere odium jure miremur. Alterum autem Megaclem, quem in Pythiis victorem Pindarus Pyth. VII. celebrat, quemque supra ab Herodoto Hippocratis filium et Megaclis illius nepotem memoratum vidimus, ne hoc loco cogitemus, temporum computatio prohibet, quippe cujus Pythia victoria referenda sit ad ann. a. Chr. 474. cf. Clint. Fast. Hell. p. 35.

67. Ἀρχέλαον] Vid. quae de fontibus disputavimus in prooem. p. 23.

— *οὐκ ἄπο τρόπου τοῖς χρόνοις εἰκάζων*, (*non inconvenienter*) *convenienter temporibus conjiciens*; nam *ἄπο τρόπου*, in qua dictione *ἄπο* adverbialiter sumitur, indicat *procul a rei ratione*, *ita ut rei naturae non*

V. Τὰ δ' ἄλλα πάντα τοῦ ἤθους ἀγαστὰ καὶ γενναῖα τοῦ Κίμωνος. Οὔτε γὰρ τόλμῃ Μιλτιάδου λειπόμενος; οὔτε συνέσει Θεμιστοκλέους δικαιότερος ἀμφοῖν ὁμολογεῖται γενέσθαι, καὶ ταῖς πολεμικαῖς οὐδὲ μικρὸν ἀποδέων ἀρεταῖς ἐκείνων ἀμήχανον ὅσον ἐν ταῖς πολιτικαῖς ὑπερβαλέσθαι νέος ὢν ἔτι καὶ πολέμων ἄπειρος. [c]Ὅτε γὰρ τὸν δῆμον ἐπιόντων Μήδων Θεμιστοκλῆς ἔπειθε προέμενον τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἐκλιπόντα πρὸ τῆς Σαλαμῖνος ἐν ταῖς ναυσὶ τὰ ὅπλα θέσθαι καὶ διαγωνίσα-

1. ἀγασθὰ ia.

conveniat. Cf. Plato de Rep. V. 16. et Passov. in ἀπὸ, A. 3. et in τρόπος.

V. 2. τοῦ Κίμωνος] Genitivus personae saepius apud Nostrum posteriore loco ita legitur; sic Themist. 11. init. Ταῦτα δὴ μεγάλα τοῦ Θεμιστοκλέους, & Philop. 13. Ταῦτα μὲν οὖν καλὰ τοῦ Φιλοποίμενος.

—Οὔτε-ἄπειρος]. „Neque enim audacia Miltiadi cedens nec prudentia Themistocli, justior utroque ab omnibus censetur fuisse, et bellicis virtutibus ne minimum quidem illis inferior, mirum quantum civilibus (virtutibus) eos superavisse, juvenis etiamtum et bellorum imperitus." De verbo λείπεσθαί τινός τινι, sive τι, sive εἴς τι, quod proprie a stadio desumtum fuit & *remanere, relinqui* notat, vid. Passovius in voce, cf. Noster Pericl. 9. Ἀποδέω τινὸς in primis apud Nostrum frequens est pro *cedo, inferior sum.* Denique ἀμήχανον ὅσον, *immensum quantum, immane* sive *mirum quantum*, pro quo vulgo θαύμαστον ὅσον adhibetur, apud Platonem et Plutarchum saepius leguntur; de qua dictione doete egit Hoogeveen. ad Viger. p. 128. cf. Passovius. Si autem, quasnam πολιτικὰς, *civiles*, Noster intellexerit virtutes, quaeris, praesertim comitas illa in cives atque liberalitas, qua Cimon postea omnium animos sibi devinxit, pacis salutisque publicae studium, atque omnino benevolentia quaedam in omnes, quibuscum vivebat, cogitanda videntur.

8. ἔπειθε] *conabatur persuadere;* ita Jacobsius jure explicat, praegnantem verbo tribuens significationem, quam pariter tribuit verbo διδόναι Arist. 25. πολλάκις αὐτοῦ πολλὰ καὶ διδόντος, *dare cupiente* &c. Addi potest Cato major 2., init., ubi de Sammitum legatis Noster: ἐδίδοσαν, ait, πολὺ χρυσίον Curio, i. e. *dare volebant*, non *dabant.*

— προέμενον τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἐκλιπόντα, *deserta urbe et regione relicta;* in quibus, nobis saltem, non fortuita, sed elegans verborum videtur collocatio, qua Noster, Ciceronis velut exemplo usus, praeposuit prius, posterius accusativo suo postposuit participium.

10. τὰ ὅπλα θέσθαι, *arma-*

σθαι κατὰ θάλατταν, ἐκπεπληγμένων τῶν πολλῶν τὸ τόλμημα πρῶτος Κίμων ὤφθη διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ φαιδρὸς ἀνιὼν εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετὰ τῶν ἑταί-

tum consistere, *aciem instruere*, explicat Sturzius in Lexico Xenophontis, qui saepius quam Noster hac phrasi utitur; cf. quae Poppo contulit ad Thuc. II. 2. ubi: »hoc dicendi genus, inquit, proprie valet *arma sua ordine componere;* quod quia faciunt ii milites, qui non tuti quidem sunt ab hostibus, sed tamen pugnam nondum incipiunt, aut aliquamdiu a laboribus requiescunt, notat *armis ordine proxime positis* (*et ad pugnam promptis et expeditis*) *consistere*, pro quibus breviter etiam *ad pugnam promptum* seu *arma ad manus habentem* (quamquam minime *manibus tenentem*) *consistere* dixeris." Nonnunquam tamen in hac dictione vim inesse *deponendi arma*, uti Phocion. 17., satis docuit Kraner. ad h. Phoc. l. et Sturz. in Lex. laud. Uti autem castra *nautica* Latini dixerunt, ita de pugna navali τὰ ὅπλα τίθεσθαι aeque ac de terrestri sive pedestri a Nostro dici, non est quod miremur.

— διαγωνίζεσθαι, *decertare*, *debellare*, *acie decernere*, *certamen ad finem perducere*, plurimis locis apud Plutarchum distingui a simplice verbo ἀγωνίζεσθαι, exemplis allatis indicavit Wytt. in Ind.

12. τὸ τόλμημα, *factum audax*. Vid. quae supra ad c. 2. in fine de nominum formis in μα desinentibus, Plutarcho praesertim propriis, attulimus.

— διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ]. A foro, ubi Themistocles in concione suam de Pythiae responso sententiam commendaverat populo, per Ceramicum via ad arcem ducebat.

13. φαιδρὸς] Egregie Plutarchus longiore hac periodo diversam reliquorum depinxit et ipsius Cimonis, post audacissimum illud Themistoclis consilium, sentiendi agendique rationem; »plurimis enim illo perculsis et obstupefactis, Cimon contra hilari, ait, vultu cum sodalibus per Ceramicum ad arcem procedens primus conspiciebatur, equi frenum Deae dedicandum manibus gestans, ut ostenderet, nequaquam equestribus copiis, sed classiariis in praesentia indigere civitatem sibi videri viris. Dedicato autem freno sumtisque de suspensis ad templum clypeis, votisque Deae factis, ad mare descendebat, haud paucis fiduciae auctor factus." Plerorumque animos obstupuisse prorsus et penitus fuisse afflictos, uti nemo mirabitur, qui rei, a Themistocle propositae, gravitatem, nullo fere in historia exemplo commendatam, reputet; ita simul sentiet, quid in tali rerum desperatione exemplum valuerit viri, populo cari, hilari vultu ad illud consilium exsequendum prodeuntis, quod, quamvis unice comprobandum, vixdum tamen animo concipere reliqui auderent. Jure igitur Noster, ad vim hujus exempli exprimendam, et Cimonis vultum, et locum, per quem procedebat, et frenum, quo eques antea usus, nunc non amplius indigebat, quodque ideo, ut mos erat, Minervae dedicabat, nobis ob oculos posuit; neque etiam pulcram corporis vultusque, qua Cimon commendabatur, formam describere neglexit. Ceterum διὰ χειρῶν pro ἐν χερσὶ h. l. poni, prouti aliis apud Plut.

ρων ἵππου τινὰ χαλινὸν ἀναθεῖναι τῇ θεῷ διὰ χειρῶν κομίζων, ὡς οὐδὲν ἱππικῆς ἀλκῆς, ἀλλὰ ναυμάχων ἀνδρῶν ἐν τῷ παρόντι τῆς πόλεως δεομένης. Ἀναθεὶς δὲ τὸν χαλινὸν καὶ λαβὼν ἐκ τῶν περὶ τὸν ναὸν κρεμαμένων ἀσπίδων καὶ προσευξάμενος τῇ θεῷ κατέβαινεν ἐπὶ θάλασσαν οὐκ ὀλίγοις ἀρχὴ τοῦ θαρρεῖν γενόμενος. Ἦν δὲ καὶ τὴν ἰδέαν οὐ μεμπτός, ὡς Ἴων ὁ ποιητής φησιν, ἀλλὰ μέγας, οὐλῃ καὶ πολλῇ τριχὶ κομῶν τὴν κεφαλήν. Φανεὶς δὲ καὶ κατ' αὐτὸν τὸν ἀγῶνα λαμπρὸς καὶ ἀνδρώδης ταχὺ δόξαν ἐν τῇ πόλει μετ' εὐνοίας ἔσχεν, ἀθροιζομένων πολλῶν πρὸς αὐτὸν καὶ παρακαλούντων ἄξια τοῦ Μαραθῶνος ἤδη διανοεῖσθαι καὶ πράσσειν. Ὁρμήσαντα δ' αὐτὸν ἐπὶ τὴν πολιτείαν ἄσμενος ὁ δῆμος

14. ἀνάθημα Emperius. 22. καὶ κατ' AC: κατ' vulg.

locis, Jacobsius ad h. l. recte monuit. De equitibus Atheniensium vid. Böckh. Staatshaushalt. der Athener, I. 283. II. 29.

18. κρεμαμένων ἀσπίδων.] Devictorum hostium spolia, in primis scuta, in templorum vestibulis suspendi solebant. cf. Jacobsius ad h. l.

20. ἰδέαν] Ἰδέα hic *vultum*, sive *faciem* notat; aliis vero plurimis locis de *specie* sive *genere* in rebus philosophis, Platonis exemplo, Nostro usitatum fuit.

21. ὡς Ἴων] De Jone cf. prooemium nostrum p. 13. sqq.

— οὐλῃ, *crispa*, antiqua Epica et Jonica forma pro ὄλος, cujus varias, praecipue apud Epicos, significationes accurate exposuit Passovius in voce. Quum autem forma hujus vocis pariter atque sequentis κομῶν, *comam alere*, epica fere sit atque poëtica, hunc locum haud temere cum Grotio, qui in senarios haec redigit, e tragoedia sumtum esse putaveris. At Nieberdingius tamen, disp. l. p. 81. ad Ὑπομνήματα haec retulit; et habet profecto, quo sententiam suam tueatur. Nam rarae quidem, nec tamen prorsus inusitatae apud Herodotum quoque sunt formae οὖλος et κομᾶν ea, qua dixi, significatione, (cf. Schweigh. Lex. Herod. in v.); Joni autem, soluta oratione scribenti, frequentissima quoque esse vocabula Jonica, Nieberdingius, insigne Ἐπιδημιῶν ex Athenaeo afferens fragmentum, p. 77. indicavit.

25. ἄξια τοῦ Μαραθῶνος ἤδη διανοεῖσθαι καὶ πράσσειν, *ut quae Marathone digna essent, jam meditaretur et faceret.* Marathone autem digna dicuntur, quae filium *Miltiadis* decerent

ἐδέξατο καὶ - μεστὸς ὢν τοῦ Θεμιστοκλέους ἀνῆγε [πρὸς] τὰς μεγίστας ἐν τῇ πόλει τιμὰς καὶ ἀρχὰς εὐάρμοστον ὄντα καὶ προσφιλῆ τοῖς πολλοῖς διὰ πραότητα καὶ ἀφέλειαν. Οὐχ ἥκιστα δὲ αὐτὸν ηὔξησεν Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου τὴν εὐφυΐαν ἐνορῶν τῷ ἤθει καὶ ποιούμενος οἷον ἀντίπαλον πρὸς τὴν Θεμιστοκλέους δεινότητα καὶ τόλμαν.

VI. Ἐπεὶ δὲ Μήδων φυγόντων ἐκ τῆς Ἑλλά-

29. πρὸς ex conjectura Stephani additum, aliis εἰς placuit.
32. τὴν tollendum censet Coraes.

immortalem quippe gloriam ad Marathonem consecuti.

28. μεστὸς ὢν τοῦ Θεμιστοκλέους] Μεστὸς, vulgo *plenus*, h. l. *satietatem* et *fastidium* notat, quam vim tum apud alios, tum maxime apud Platonem et Plutarchum saepius habet. cf. Jacobs. ad h. l. & Wytt. in Ind.

— ἀνῆγε πρὸς τας μεγίστας — τιμὰς, *efferebat*, *evehebat* (eum) *ad maximos* in civitate *honores*.

30. διὰ πραότητα καὶ ἀφέλειαν]. Acceptus multitudini gratusque Cimon erat *propter* animi *lenitatem* sive *tranquillitatem* et *candorem*. Πρᾶος & πραότης Platoni et Plutarcho in primis usitata sunt de animo cupiditatum motibus non agitato, sed leni et placido. Ἀφελὴς et ἀφέλεια, quae de loco aequo et plano usurpatur, apud Nostrum praesertim tam orationis et vestitus, quam morum simplicem et tenuem rationem indicant. Utrumque igitur animum notat, neque ira vel cupiditate, vel invidia perturbatum, neque asperum fastuque plenum, sed placidum atque candidum.

33. οἷον ἀντίπαλον] Οἷον, *tamquam*, additur, quia proprie ἀντίπαλος *adversarius* in certaminibus sive in bello dicitur; hoc autem loco, imagine inde ad remp. sive res civiles translata, virum significat, iis virtutibus praeditum, quae Themistoclis aequipararent dicendi vim et audaciam. De δεινότης supra monuimus ad c. 4.

VI. 1. Ἐπεὶ δὲ - παρελόμενος] Haec periodus cum mira sententiarum copia tantam habet et orationis concinnitatem et expositionis elegantiam, ut in exemplum copiosae ejusdemque perspicuae et concinnae dictionis adhiberi possit. In priore enim parte non tantum tempus notatur per summum Spartanorum in Graecia imperium, sed Cimonis quoque in civium suorum et disciplina moderanda et fortitudine excitanda describitur vis atque efficacitas; in posteriore autem parte Pausaniae tam cum rege susceptae proditioni, quam in socios superbiae atque fastui, egregie Cimonis opponuntur comitas et humanitas, quibus socii capti et adjuti principatum Graeciae a Lacedaemoniis ad Athenienses deferebant. Quae tanta rerum copia ne, una periodo comprehensa,

δος ἐπέμφθη στρατηγός, κατὰ θάλατταν οὔπω τὴν ἀρχὴν Ἀθηναίων ἐχόντων, ἔτι δὲ Παυσανίᾳ τε καὶ Λακεδαιμονίοις ἑπομένων, πρῶτον μὲν ταῖς στρατείαις ἀεὶ παρεῖχε τοὺς πολίτας κόσμῳ τε θαυμαστοὺς καὶ προθυμίᾳ πολὺ πάντων διαφέροντας· 482 ἔπειτα Παυσανίου τοῖς μὲν βαρβάροις διαλεγομένου περὶ προδοσίας καὶ βασιλεῖ γράφοντος ἐπιστολάς, τοῖς δὲ συμμάχοις τραχέως καὶ αὐθαδῶς προσφερομένου καὶ πολλὰ δι' ἐξουσίαν καὶ ὄγκον ἀνόητον ὑβρίζοντος, ὑπολαμβάνων πράως τοὺς ἀδικουμένους καὶ φιλανθρώπως ἐξομιλῶν ἔλαθεν οὐ δι' ὅπλων τὴν

3. τε accessit ex ACBc. 4. στρατείαις AC: στρατηγίαις vulg. 12. τὴν τῆς C.

obscuritatis aliquid haberet, per particulas πρῶτον μὲν — ἔπειτα, μὲν — δὲ, τὲ — καὶ, ita omnia et opposita sibi invicem, et simul ordinata sunt, ut perspicua pariter esset atque lenissime flueret oratio.

2. οὔπω τὴν ἀρχὴν Ἀθηναίων ἐχόντων] Ἡγεμονίαν, sive summum Graeciae, in primis mari, imperium ad Athenienses pervenisse Archonte Adimanto anno a. Chr. 477. docet Clinton, ll. p. 32.

5. Κόσμῳ indicari *ordinem* sive *disciplinam*, monuit quidem Passovius in Lexico, nec tamen exemplis e Nostro allatis probavit; cf. Ages. 14.

7. διαλεγόμενον] Διαλέγεσθαι, *agere* cum aliquo, vulgo de pace, uti Dion. 30. et Demosth. 17., hoc autem loco de proditione.

10. ὄγκον] Cum aliis alibi junctum nominibus, indicat proprie *tumorem*, deinde *fastum*, *superbiam*; vid. Wytt. in Ind.

11. ὑπολαμβάνων] Uti Demosth. 29. de corpore dicitur, ὑπολαβεῖν αὐτὸν τρέμοντα καὶ σφαλλόμενον, *suscipere eum tremente atque labantem*, ita h. l. de iis, qui, a Pausania injuriis affecti, a Cimone placide *excipiebantur*.

12. ἐξομιλῶν] Simplex ὁμιλεῖν saepius apud Nostrum legitur, raro contra cum praep. ἐκ compositum, quod invenitur tantum in Alcibiade 4. οἱ πρὸς χάριν ἐξομιλοῦντες, (ubi vid. Baehr, qui explicat, *qui ad gratiam eblandiendam consuetudinem agunt*;) et in Reip. Ger. praeceptis, sub finem (824. D. Steph.), ubi pariter atque nostro loco cum accus. legitur, et vim habet *pacandi*, *deliniendi consuetudine*. Apud Xenoph. cum Dativo Ages. 11. 4. ἐξομιλεῖν μὲν παντοδαποῖς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἀγαθοῖς, ubi *consuescere sine familiaritate* notare videtur, et ab Abreschio Dilucid. Thucyd. 1. 64. ἐκ valere ἔξω dicitur.

Ἑλλάδος ἡγεμονίαν, ἀλλὰ λόγῳ καὶ ἤθει παρελόμενος. Προσετίθεντο γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν συμμάχων ἐκείνῳ τε καὶ Ἀριστείδῃ τὴν χαλεπότητα καὶ ὑπεροψίαν τοῦ Παυσανίου μὴ φέροντες. Οἱ δὲ καὶ τούτους ἅμα προσήγοντο καὶ τοῖς ἐφόροις πέμποντες ἔφραζον, ὡς ἀδοξούσης τῆς Σπάρτης καὶ ταραττομένης τῆς Ἑλλάδος, ἀνακαλεῖν τὸν Παυσανίαν. Λέγεται δὲ παρθένον τινὰ Βυζαντίαν ἐπιφανῶν γονέων, ὄνομα Κλεονίκην, ἐπ' αἰσχύνῃ τοῦ Παυσανίου μεταπεμπομένου, τοὺς μὲν γονεῖς ὑπ' ἀνάγ-

15. καὶ ὑπεροψίαν τ. π. AC: τ. Π. καὶ ὑπεροψίαν vulg.

13. παρελόμενος] Vulgo παραιρεῖσθαι τί τινος, *ab alio quid ad se transferre, adimere cui quid*, frequens est apud Nostrum. Cf. Wytt. Ind. Unice autem conveniunt nostro loco, quae Arist. 23. leguntur: Aristides αὐτὸς τε πρᾴως καὶ φιλανθρώπως ὁμιλῶν καὶ τὸν Κίμωνα παρέχων εὐάρμοστον αὐτοῖς καὶ κοινὸν ἐν ταῖς στρατείαις ἔλαθε τῶν Λακεδαιμονίων οὐχ ὅπλοις οὐδὲ ναυσὶν οὐδ' ἵπποις, εὐγνωμοσύνῃ δὲ καὶ πολιτείᾳ τὴν ἡγεμονίαν παρελόμενος.

19. ἀνακαλεῖν, quod saepe *inclamare*, *invocare* Deos, *appellare* sive *compellare* quem, notat, hoc loco, uti frequenter, *revocandi* vim habet. Duplex enim haec praepositionis ἀνὰ in compositis significatio esse solet, ut aut motum in *altiorem locum*, (*sursum* vel etiam *alta voce* clamare), aut *reversionem* sive *reditum* (revocare) notet. Vid. ad Passov. Lex. Rost. et Palm. in praep. ἀνὰ et verb. ἀνακαλεῖν.

20. Λέγεται—ὕβρις. „Dicuntur autem, virginem quandam Byzantinam illustribus parentibus (natam), nomine Cleonicen, ad stuprum Pausania arcessente, parentes quidem ob necessitatem et metum arbitrio ejus permisisse filiam, sed haec cubiculi janitores precata, ut lumen exstinguerent, per tenebras et silentium accedens, jam dormiente Pausania, in lectum incidisse et subvertisse lucernam invita; hic vero, strepitu perterritus, stricto, qui adjacebat, pugione, quasi inimicus quidam ipsum aggrederetur, percussisse et stravisse virginem, quo ictu haec mortua non sivisse Pausaniam quiescere, sed noctu (tamquam) spectrum somnum ejus frequenter perturbans irata dixisse hunc heroicum versum:

Veni in jus; magnum quippe malum viris superbia."

21. ἐπ' αἰσχύνῃ] Ἐπὶ cum Dat. non tantum *conditionem*, sed etiam *consilium* indicat. Vid. Kühner Ausf. Gramm. §. 612. Αἰσχύνη, alibi *pudor*, *dedecus*, nostro loco *stuprum* sive *stuprationem* notat; quod etiam valet, Lacon. Instit. init. πλησιάζειν ὡς ἐπ' αἰσχύνῃ. Eandem vocis vim esse ap. Plat. legg. 11. p. 919. E., docent Rost. & Palm. ad Passov.

κης καὶ φόβου προέσθαι τὴν παῖδα, τὴν δὲ τῶν πρὸ τοῦ δωματίου δεηθεῖσαν ἀνελέσθαι τὸ φῶς διὰ σκότους καὶ σιωπῆς τῇ κλίνῃ προσιοῦσαν ἤδη τοῦ Παυσανίου καθειδοντος ἐμπεσεῖν καὶ ἀνατρέψαι τὸ λυχνίον ἄκουσαν· τὸν δ' ὑπὸ τοῦ ψόφου ταραχθέντα σπασάμενον τὸ παρακείμενον ἐγχειρίδιον, ὡς τινος ἐπ' αὐτὸν ἐχθροῦ βαδίζοντος, πατάξαι καὶ καταβαλεῖν τὴν παρθένον, ἐκ δὲ τῆς πληγῆς ἀποθανοῦσαν αὐτὴν οὐκ ἐᾶν τὸν Παυσανίαν ἡσυχάζειν, ἀλλὰ νύκτωρ εἴδωλον αὐτῷ φοιτῶσαν εἰς τὸν ὕπνον, ὀργῇ λέγειν τόδε τὸ ἡρῷον·

Στεῖχε δίκης ἄσσον· μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

24. καὶ διὰ Coraes. 27. δ' AC i a: δὲ vulg. 28. σπασάμενον AC: καὶ σπασάμενον vulg.

23. προέσθαι] Verbum προΐεσθαι vulgo *deserere*, *periculo objicere*, *in potestatem tradere*, *arbitrio permittere* significat. Cf. Sturz. Lex. Xen. et Wytt. in Ind.

— τῶν πρὸ τοῦ δωματίου] Sunt janitores, qui ad cubiculi introitum custodias agebant; nam sec. Nep. Paus. 3. „Apparatu regio utebatur, veste Medica; satellites Medi et Aegyptii sequebantur, cet."

— δωματίου.] Passovius ut diminut. vocis δῶμα affert; jure tamen Wytt. in Ind. *cubiculum* intelligi pluribus locis probat, maleque in Plutarcho saepe versum esse notat. Coraes quoque δωματίου explicat κοιτῶνος, quam vocis notionem pariter attulerunt Rost. et Palm. ad Passov.

24. ἀνελέσθαι τὸ φῶς, *ut exstinguerent lumen*; nam h. l. τὸ φῶς idem esse quod *lumen* sive *flammam*, non vero indicare ipsam *lucernam*, ex iis patet, quae sequuntur, ἀνατρέψαι τὸ λυχνίον; unde etiam apparet, ἀνελέσθαι h. l. non esse *auferre*, *demere*, sed *exstinguere*. Ceterum attendatur discrimen nominum λαμπτὴρ & λύχνος, quod ille loco suo fixus et firmatus esset, hic contra ab altero in alterum locum ferri posset. Cf. Passovius in Lex.

30. ἐκ-τῆς πληγῆς] Ἐκ causam indicare rei proximam, exemplis allatis probavit Kühner II. §. 599.

32. αὐτῷ φοιτῶσαν εἰς τὸν ὕπνον] Φοιτᾶν apud Plut. proprie notat *ventitare*, deinde *ingruere*, *invadere*; quo sensu vulgo εἰς post se habet. Itaque φοιτᾶν εἰς τὸν ὕπνον τινὶ, indicat, *alicui somnum invadere*, i. e. *somnum ejus frequenter perturbare*; quod eleganter opponitur praecedenti ἡσυχάζειν.

34. Στεῖχε δίκης] Unde haec

Ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα χαλεπῶς ἐνεγκόντες οἱ σύμμαχοι μετὰ τοῦ Κίμωνος ἐξεπολιόρκησαν αὐτόν. Ὁ δ' ἐκπεσὼν τοῦ Βυζαντίου, καὶ τῷ φάσματι ταραττόμενος, ὡς λέγεται, κατέφυγε πρὸς τὸ νεκυομαντεῖον εἰς Ἡ-

39. εἰς] πρὸς C.

desumta sint, non constat; ad posteriora cf. Hesiod. Oper. et Dier. vs. 213 & 214.

Ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὄφελλε.
Ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ.

36. Ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα χαλεπῶς ἐνεγκόντες, *quod etiam quum aegerrime tulissent.* Quamvis vulgo dicatur χαλεπῶς φέρειν τι, quod solum memorat Passovius, invenitur tamen etiam ἐπί τινι, cujus dictionis exempla attulit Wyttenb. (Biblioth. Crit. X. 17.) Xenoph. Hellen. VII. 4. 21. Χαλεπῶς δὲ ἡ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις φέρουσα ἐπὶ τῇ πολιορκίᾳ. Isocr. Panath. p. 414. ἐπὶ δὲ τοῖς περὶ Λακεδαιμονίων-βαρέως ἔφερον. cf. Dionys. Hal. A. R. III. p. 188. Diod. Sic. XIV. 61. III. 69. Plut. Rom. 17., ἐπὶ τούτοις βαρέως φέροντες οἱ Σαβῖνοι, alibi. Neque tantum χαλεπῶς φέρω ἐπί τινι, sed etiam cum solo dativo inveniri, exemplis allatis probavit Viger. de Idiot. Ed. 3. p. 314.

37. ἐξεπολιόρκησαν αὐτόν] Ἐκπολιορκεῖν vulgo de *expugnandis* ipsis *urbibus* dicitur, Xenoph. Hellen. 7. 4. 18. Thucyd. I. 94., ubi Scholiast. πολιορκῆσαι τὸ μόνον πόλει προσκαθεσθῆναι πολεμίους· ἐκπολιορκῆσαι τὸ τελέως καταλαβεῖν τὴν πόλιν καὶ εἰσελθεῖν. Deinde ἐκπολιορκεῖν τινα, *obsidione ad deditionem aliquem compellere notat*, Xenoph. Hellen. 2. 4. 3. etc., quarum significationum utrâque apud Nostrum quoque legitur. Hoc tamen loco idem valere, quod *per vim ad urbem relinquendam cogere*, ex iis patet, quae sequuntur: Ὁ δ' ἐκπεσὼν τοῦ Βυζαντίου κ. τ. λ. Thucyd. I. 131. idem in hac re describenda verbum usurpat: καὶ ἐκ τοῦ Βυζαντίου ἐκπολιορκηθεὶς κ. τ. λ. ubi in edit. Poppon. „i. e. *vi adactus ab Atheniensibus cedere Byzantio.* Non est sermo de obsidione Byzantii, ut Schol. et interpres Latinus cepere; nec in superioribus obsidionis fit mentio, ut Palmer. jam monuit in Diluc. Abresch. p. 133. cet." Gottl. post Heilm. Ἐκπολιορκεῖν ἐκ πόλεως pro τῷ πολιορκεῖν ἐκβάλλειν ἐ. π. dictum. Comparari potest ἐκδιώκειν. Ceterum etiam Latini *expugnare hostem* dicunt. *Poppo.*

39. νεκυομαντεῖον] In Ind. Wyttenbachius ad h. l. memorat Wesselingium ad Diod. IV. 22. Λέγεται (Hercules) τὴν μὲν ἔκρουν ἐγχῶσαι, τὴν δ' ὁδὸν τὴν νῦν οὖσαν παρὰ θάλατταν κατασκευάσαι, τὴν ἀπ' ἐκείνου καλουμένην Ἡράκλειαν· tum etiam: μυθολογοῦσι δὲ τὸ μὲν παλαιὸν γεγενῆσθαι νεκυομαντεῖον πρὸς αὐτῇ, ὃ τοῖς ὕστερον χρόνοις καταλελύσθαι φασίν. Quae tamen hic a Diod. afferuntur, ad Herculis per *Italiam* iter pertinent et la-

ράκλειαν καὶ τὴν ψυχὴν ἀναχαλούμενος τῇ Κλεο- 40
νίκης παρῃτεῖτο τὴν ὀργήν. Ἡ δ' εἰς ὄψιν ἐλθοῦ-
σα ταχέως ἔφη παύσασθαι τῶν κακῶν αὐτὸν ἐν
Σπάρτῃ γενόμενον, αἰνιττομένη, ὡς ἔοικε, τὴν μέλ-
λουσαν αὐτῷ τελευτήν. Ταῦτα μὲν οὖν ὑπὸ πολλῶν 45
ἱστόρηται.

42. παύσεσθαι cum Stephano nuperi. 44. αὐτοῦ Schaeferus. Ταῦτα μὲν οὖν ὑπὸ π. ἱ.] Reiskius Ταῦτα μὲν οὖν περὶ Παυσανίου ὑ. π. ἱ. ut oppositio inter ipsum et Cimonem hoc fiat luculentior; sed jure Sint. omisit.

cum *Avernum* ab illo in mare deductum. Longe autem aliam nostro l. intelligi *Heracleam*, ipsa locorum rerumque ratio docet. Et vero simillimum quidem est, ex viginti tribus hujus nominis urbibus, a Steph. Byzant. memoratis, cogitandam esse eam, quae primo loco ab eo memoratur, ad Bosporum Thracium sitam, *Perinthum* Ptolemaeo III. 11. dictam. Nam eandem hanc urbem Pomp. Mela significare videtur, I. 19. 51. dicens: „In eo primum Mariandyni urbem habitant, ab Argivo (ut ferunt) Hercule datam. *Heraclea* vocitatur: id famae fidem adjicit. Juxta specus est. Acherusia, *ad Manes* (ut ajunt) *pervius*. atque inde extractum Cerberum existimant.

41. παρῃτεῖτο τὴν ὀργήν.] Παραιτεῖσθαι easdem fere, quas Latinorum *deprecor*, constructiones habet; nam aut dicitur παραιτεῖσθαί τινα, *deprecari aliquem*, (*iemand verbidden*, *door bidden bewegen*), aut παραιτεῖσθαί τι, quod et *excusare* (*door bidden ontwijken*, *zich bevrijden van iets*,) et subinde *assequi precando*, (*door bidden erlangen*) indicat; cf. Wyttenb. in Ind. & Baehr. ad Flam. p. 117. qui recte monet: „verbum hoc Nostro notione *deprecandi* (aliquem) frequentissimum esse." Apud Xenophontem contra verbum παραιτεῖσθαι rarissime legitur; Thucyd. V. 63. ita illud posuit, ut *Popponi* per *deprecari* quoque interpretandum videretur in supplem. citanti Kritz. ad Sall. Iug. 104. 4.

43. αἰνιττομένη] Verbum Plutarcho in primis usitatum, quod satis patet ex Wytt. Ind. Hoc loco, uti plerumque, *obscure significare*, *per involucra* quasi *loqui*, inde alibi *portendere* sive *augurari* notat; qua vi, in Plat. Symp. 16., a Stallbaum. explicatur, μαντεύεται ὃ βούλεται καὶ αἰνίττεται, *divinat quasi & auguratur*.

44. ὑπὸ πολλῶν] Ex multis, a quibus hoc Pausaniae malefactum memoriae mandatum Plutarchus tradit, ne unum quidem, de quo non sit dubitandum, afferre ausim. Cogitari tamen prae aliis potest *Timaeus*, qui carpendis quam laudandis illustribus viris magis delectatus, ideoque a Nepote *maledicentissimus* dictus atque a pluribus Ἐπιτίμαιος vocatus, in *Historiis suis* maxime quidem Siciliae res tractavit, nec tamen Graecas neglexit, et in his

VII. *Κίμων δὲ, τῶν συμμάχων ἤδη προσκεχωρηκότων αὐτῷ, στρατηγὸς εἰς Θρᾴκην ἔπλευσε πυνθανόμενος Περσῶν ἄνδρας ἐνδόξους καὶ συγγενεῖς βασιλέως Ἠϊόνα πόλιν παρὰ τῷ Στρυμόνι κειμένην ποταμῷ κατέχοντας ἐνοχλεῖν τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον Ἕλλησι. Πρῶτον μὲν οὖν αὐτοὺς μάχῃ τοὺς Πέρσας ἐνίκησε καὶ κατέκλεισεν εἰς τὴν πόλιν· ἔπειτα τοὺς ὑπὲρ Στρυμόνα Θρᾴκας, ὅθεν αὐτοῖς ἐφοί-*

2. ἔπλευσε A: ἔπλευσεν vulg. 4. *παρὰ*] *περὶ* basileensis, *ἐπὶ* Stephanus et nuperi. 6. ἕλλησι AC: Ἕλλησιν vulg. 6. *αὐτοὺς μ. τ. π.* AC: *μ. τ. π. αὐτοὺς* vulg.

praesertim postrema *Pausaniae* fata enarrasse dicitur. Vid. Hisely, de font. et auct. Corn. Nep. p. 31. & Kühn. ad Aelian. Var. Histor. IV. 7. cf. F. Goeller. in Timaei fragmentis.

VII. 1. Κίμων δὲ, κ. τ. λ.] Rem ita tradit Herodotus VII. 107. Τῶν δὲ ἐξαιρεθέντων ὑπὸ Ἑλλήνων (praetorum, a Persis in Thracia et Hellesponto constitutorum, sed post Xerxis expeditionem ejectorum a Graecis) *οὐδένα βασιλεὺς Ξέρξης ἐνόμισε εἶναι ἄνδρα ἀγαθὸν, εἰ μὴ Βόγην μοῦνον τὸν ἐξ Ἠϊόνος· τοῦτον δὲ αἰνέων οὐκ ἐπαύετο, καὶ τοὺς περιεόντας αὐτοῦ ἐν Πέρσῃσι παῖδας ἐτίμα μάλιστα· ἐπεὶ καὶ ἄξιος αἴνου μεγάλου ἐγένετο Βόγης· ὃς, ἐπειδὴ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδεω, παρεὸν αὐτῷ ὑπόσπονδον ἐξελθεῖν καὶ νοστῆσαι ἐς τὴν Ἀσίην, οὐκ ἐθέλησε, μὴ δειλίῃ δόξειε περιεῖναι βασιλέϊ, ἀλλὰ διεκαρτέρησε ἐς τὸ ἔσχατον· ὡς δ' οὐδὲν ἔτι φορβῆς ἐνῆν ἐν τῷ τείχεϊ, συννήσας πυρὴν μεγάλην, ἔσφαξε τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς, καὶ τοὺς οἰκέτας· καὶ ἔπειτα ἐσέβαλε ἐς τὸ πῦρ· μετὰ δὲ ταῦτα, τὸν χρυσὸν ἅπαντα τὸν ἐκ τοῦ ἄστεος καὶ τὸν ἄργυρον ἔσπειρε ἀπὸ τοῦ τείχεος ἐς τὸν Στρυμόνα. ποιήσας δὲ ταῦτα, καὶ ἑωϋτὸν ἐνέβαλε ἐς τὸ πῦρ. οὕτω μὲν οὗτος δικαίως αἰνέεται ἔτι καὶ ἐς τόδε ὑπὸ Περσέων.* Unde patet, omnino Herodoteae Plutarchi narrationem convenire; apud illum tamen et inducias memorari, Persis a Cimone oblatas, et aurum argentumque Strymoni injectum; apud hunc Cimonem, ut ad summam Persas adduceret inopiam, Thracum circumhabitantium regionem depopulatum esse. — Magna vero difficultas in ipso Persici ducis nomine haeret; Plutarchus enim Βούτην (in duob. cod. *βόντην*); Herodotus Βόγην; Pausan. Arcad. 8. 7. 8. Βοῆ eum vocat. Praeterea Pausanias, Cimonem Eionem astu cepisse tradit, quum moenia e crudo laterculo exstructa, Strymone ad ea detorto, ita aquis diluisset, ut alluvie resolverentur; quod strategema,

τα σῖτος, ἀναστάτους ποιῶν καὶ τὴν χώραν παραφυλάττων ἅπασαν εἰς τοσαύτην ἀπορίαν τοὺς πολιορκουμένους κατέστησεν, ὥστε Βούτην τὸν βασιλέως στρατηγὸν ἀπογνόντα τὰ πράγματα τῇ πόλει πῦρ ἐνεῖναι καὶ συνδιαφθεῖραι μετὰ τῶν φίλων καὶ τῶν χρημάτων ἑαυτόν. Οὕτω δὲ λαβὼν τὴν πόλιν ἄλλο μὲν οὐδὲν ἄξιον λόγου ὠφελήθη, τῶν πλείστων τοῖς βαρβάροις συγκατακαέντων, τὴν δὲ χώραν εὐφυεστάτην οὖσαν καὶ καλλίστην οἰκῆσαι παρέδωκε τοῖς Ἀθηναίοις. Καὶ τοὺς Ἑρμᾶς αὐτῷ τοὺς λιθίνους ὁ δῆμος ἀναθεῖναι συνεχώρησεν, ὧν ἐπιγέγραπται τῷ μὲν πρώτῳ·

Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι, οἵ ποτε Μήδων

11. βούτης V, βόντην ia. 13. ἐκεῖναι a, ἐνεῖκαι SV. διαφθεῖραι ia. 21. cf. Aeschinem in Ctesiph. p. 573. R. κἀκεῖνοι om. C.

a Cimone inventum, postea usu receptum ac celebratum a Graecis, in Mantinea expugnanda imitatum esse Agesipolin. Quam quidem Pausaniae traditionem haud facile cum Herodoti Plutarchique narratione consociari posse, jure statuit Poppo ad Thuc. I. 98. majorem his quam Pausaniae fidem tribuens. Ceterum urbem Eionem, ad Strymonem sitam, Atheniensium coloniam, rite ab altera cognomini urbe, Mendaeorum colonia, in Thraciae finibus, distinguendam esse, docte exposuit Poppo in Prol. ad Thucyd. 2. p. 350.

9. ἀναστάτους ποιῶν] Incolas *sedibus suis expellere* sive regionem *depopulari*, dictio est, tam Herodoto et Atticis scriptoribus quam Nostro usitata. Cf. Rost. et Palm. ad Passov. in v. ἀνάστατος.

18. Καὶ τοὺς Ἑρμᾶς. κ. τ. λ.] Hermas hos in Orat. contra Ctesiphontem ita memorat Aeschines §. 183. seqq. Ἦσάν τινες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ τοὺς τότε καιροὺς, οἳ πολὺν πόνον ὑπομείναντες καὶ μεγάλους κινδύνους ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ ἐνίκων μαχόμενοι Μήδους· οὗτοι δεῦρο ἀφικόμενοι τὸν δῆμον ᾔτησαν δωρεὰν, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τιμὰς μεγάλας, ὡς τότ' ἐδόκει, τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς στῆσαι ἐν τῇ στοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν, ἐφ' ᾧτε μὴ ἐπιγράφειν τὰ ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν, ἵνα μὴ τῶν στρατηγῶν ἀλλὰ τοῦ δήμου δοκῇ εἶναι τὸ ἐπίγραμμα. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἐξ αὐτῶν τῶν ποιημάτων εἴσεσθε. Ἐπιγέγραπται μὲν ἐπὶ τῷ πρώτῳ τῶν Ἑρμῶν, κ. τ. λ.

21. Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι] Mascu-

Παισὶν ἐπ' Ἠϊόνι Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοάς
Λιμόν τ' αἴθωνα κρυερόν τ' ἐπάγοντες Ἄρηα
Πρῶτοι δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην.
483 *τῷ δὲ δευτέρῳ·* 25
Ἡγεμόνεσσι δὲ μισθὸν Ἀθηναῖοι τάδ' ἔδωκαν
Ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλων ἀγαθῶν.
Μᾶλλόν τις τάδ' ἰδὼν καὶ ἐπεσσομένων ἐθελήσει
Ἀμφὶ περὶ ξυνοῖς πράγμασι δῆριν ἔχειν.
τῷ δὲ τρίτῳ· 30
Ἓκ ποτε τῆσδε πόληος ἅμ' Ἀτρείδῃσι Μενεσθεὺς

23. κρυερὸν] κρατερὸν Aeschines. ἐπαγαγόντες C. 26. ἔδωκαν Stephanus cum S et Aeschine: legebatur ἐπέδωκαν. 27. μεγάλης ἀρετῆς Aesch. 28. ἐθελήσειν C. 29. ἀμφὶ ξυνοῖσι πράγμασι μόχθον ἔχειν Aesch. 31. πόληος Stephanus cum Aesch. libri πόλεως.

lini aut feminini generis nominativum pluralem cum verbo, in singulari posito, conjunctum Grammatici σχῆμα Βοιώτιον sive Πινδαρικὸν vocant, quippe quo Dorici poëtae frequentius usi sint. Apud Atticos haec constructio non usitata fuit, nisi in ἔστι et ἦν, in initio ita positis, ut impersonaliter fere usurpari videantur, uti Gallicum, *il est des hommes, il est cent usages, qui* &c. Vid. Kühner A.G. §. 425.

23. Λιμόν τ' αἴθωνα] Eadem dictione usus est Callim. Hymn. in Cer. 68. Αἴθων, *violentus, vehemens;* quam significationem, a Rostio et Palmio ad Passov. memoratam, Sintenis quoque attulit ad Plut. Per. 33., ubi Κλέων, qui Thuc. III. 36. βιαιότατος τῶν πολιτῶν, Diod. XII. 55. ὠμὸς τὸν τρόπον καὶ βίαιος Cicer. in Bruto c. VII. civis *turulentus* dicitur, αἴθων vocatur, i. e. *fervidus, violentus.* Cf. Soph. Aj. 1088. ibique Lobeck.

— κρυερόν-Ἄρηα] Aeschines κρατερὸν habet, quod minus placet; nam haud negligenda est acuta, quam αἴθωνα κρυερόν, praebent, antithesis. Fames enim *fervida, urens*, atque inde vehemens & Mars *frigidus, horroris* plenus, *atrox* eleganter sibi opponuntur.

24. δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην, *hostium invenerunt*, i. e. excitarunt, effecerunt, consilii rerumque *inopiam.*

29. ἀμφὶ περὶ] Nonnunquam apud Homerum quoque conjunguntur Odyss. XI. 609. Cum dativo causali rem indicant, cujus causa aliquid fit, ut ap. Hom. Il. III. 157. ἀμφὶ γυναικὶ ἄλγεα πάσχειν. Cf. Kühner. A. G. §. 609. II. a.

31. Μενεσθεὺς] Hom. Iliad. II. 552. seqq.

Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο, Μενεσθεύς.

Ἤγεττο ζάθεον Τρωϊκὸν ἐς πεδίον·
Ὃν ποθ' Ὅμηρος ἔφη Δαναῶν πίκα θωρηκτάων
Κοσμητῆρα μάχης ἔξοχον ὄντα μολεῖν.
Οὕτως οὐδὲν ἀεικὲς Ἀθηναίοισι καλεῖσθαι
Κοσμηταῖς πολέμου τ' ἀμφὶ καὶ ἠνορέης.

VIII. *Ταῦτα καίπερ οὐδαμοῦ τὸ Κίμωνος ὄνομα δηλοῦντα τιμῆς ὑπερβολὴν ἔχειν ἐδόκει τοῖς τότε ἀνθρώποις. Οὔτε γὰρ Θεμιστοκλῆς τοιοῦτον τινὸς οὔτε Μιλτιάδης ἔτυχεν, ἀλλὰ τούτῳ γε θαλλοῦ στέφανον αἰτοῦντι Σωχάρης ὁ Δεκελεὺς ἐκ με-*

32. *ἐς πεδίον*] *ἀμπεδίον* Aesch. cujus libri tres *ἐς πεδίον*. 33. *θωρηκτάων*] *χαλκοχιτώνων* Aesch., sed ut quidam alterum habeant. 36. *κοσμητὰς* Aesch.

5. Σωφάνης Palmerius aliique secundum Herodot. 9, 73, sed Σωχάρης etiam mor. p. 873. d. legi monet Sintenis; vide tamen annot. nostr.

Τῷδ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ,
Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.

35. *οὐδὲν ἀεικὲς*, *nequaquam iniquum* sive *incongruum* est.

36. *κοσμηταῖς*] De hoc dativo per attractionem pro accus. posito vid. Viger. de Id. p. 202. et Kühner. A. Gr. §. 645.

— *πολέμου τ' ἀμφὶ*] Ἀμφὶ indicat, *quod attinet ad bellum*, atque ita poëtice ipsum circumscribit genitivum.

VIII. 2. *τιμῆς ὑπερβολὴν ἔχειν*, *honoris fastigium continere*, *summum honorem habere*. Apud Thucydidem II. 45. *ὑπερβολὴ ἀρετῆς* virtutis *excellentiam* notat; in Xenophonte saepius *ὀρῶν ὑπερβολαὶ*, montium *cacumina* dicuntur, nullum tamen exemplum metaphorici usus se offert; apud Nostrum tandem et proprie de cacumine, et per metaphoram de doloris, honoris, al. fastigio *ὑπερβολὴ* usurpatur. Cf. Wytt. in Ind.

5. Σωχάρης ὁ Δεκελεύς.] Idem hic a Plut. de Herod. malign. 873. D. una cum Δεινίστῳ laudatur, ut qui fortissime in Plataeensi pugna rem gessissent. Utriusque tamen nomen corruptum esse videtur; nam et a Paus. Att. I. 29. 4. Δεκελεὺς Σωφάνης in ducibus memoratur eorum, qui in Thracia ab Edonis oppressi sunt. (cf. Herod. IX. 75), et ab Herodoto in ejusdem proelii descriptione Σωφάνης ἐκ δήμου Δεκελῆθεν et Ἀρίμνηστος Πλαταιεὺς celebrantur, IX. 72. & 73. Neque in Plataeensi tantum, sed in Marathonia quoque pugna ambos viros inclaruisse, probabile est ex Pausan. Boeot. IX. 4. Ὁ δὲ Ἀρίμνηστος ἔν τε τῇ πρὸς

σου τῆς ἐκκλησίας ἀναστὰς ἀντεῖπεν, οὐκ εὐγνώμονα μὲν, ἀρέσασαν δὲ τῷ δήμῳ τότε φωνὴν ἀφείς· „Ὅταν" γὰρ ἔφη „μόνος ἀγωνισάμενος, ὦ Μιλτιάδη, νικήσῃς τοὺς βαρβάρους, τότε καὶ τιμᾶσθαι μόνος ἀξίου." Διὰ τί τοίνυν τὸ Κίμωνος ὑπερηγάπησαν ἔργον; ἢ ὅτι τῶν μὲν ἄλλων στρατηγούντων ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν ἠμύνοντο τοὺς πολεμίους, τούτου δὲ καὶ ποιῆσαι κακῶς ἠδυνήθησαν ἐπὶ τὴν ἐκείνων αὐτοὶ στρατεύσαντες καὶ προσεκτήσαντο χώρας αὐτήν τε τὴν 10

7. τῷ δήμῳ om. C. 9. μόνος] μόλις C. 14. χώραν B.

Μαρδόνιον μάχῃ καὶ ἔτι πρότερον ἐς Μαραθῶνα Πλαταιεῦσιν ἠγήσατο. In utriusque autem nomine apud Nostrum l. supra laud. errorem latere, indicare etiam videtur Arist. vita 19. in primis 11., ubi τῶν Πλαταιέων ὁ στρατηγὸς, Ἀρίμνηστος ter nominatur. Qui error quomodo e codd. exstiterit, docent Valcken. ad Herod. IX. 64. & Sintenis ad Plut. Arist. 19. Cf. Poppo ad Thuc. III. 52. De Decelia, tribus Hippothoontidis demo, vid. Leake, ed. Westerm. p. 13. et 225.

10. ὑπερηγάπησαν] Verbum, in primis Plutarcho proprium, *valde laudare*, *unice mirari* notat.

11. ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν] Fortasse ex seq. ποιῆσαι κακῶς adverbium κακῶς post παθεῖν assumendum est; nam ita quoque Demosth. Phil. I. p. 52, 43. ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν κακῶς ὑπὸ Φιλίππου. Tum etiam τῶν μὲν ἄλλων στρατηγούντων et τούτου δὲ (στρατηγοῦντος) ita sibi opponuntur, ut παθεῖν κακῶς optime respondeat τῷ ποιῆσαι κακῶς. Siquis tamen malit, παθεῖν, per se sumtum, oppositum esse τῷ ποιῆσαι κακῶς, haud repugnem. Ceterum tirones attendant ad praepositionem ὑπὲρ cum gen. *consilium* sive *finem* indicantem. Cf. Kühner. Ausf. Gramm. §. 608. I. d.

14. αὐτήν τε τὴν Ἠιόνα.] *Eiona*, a Cimone a. a. C. 476. captam, eodem hoc anno, Archonte Phaedone, Athenienses ὤκισαν, *colonis frequentarunt*. Vid. Clint. ad. a. 476. Coloniam *Amphipolin* missam ita describit Thuc. I. 100. Ἐπὶ δὲ Στρυμόνα πέμψαντες (οἱ Ἀθηναῖοι) μυρίους οἰκήτορας αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ὡς οἰκιοῦντες τὰς τότε καλουμένας Ἐννέα ὁδοὺς, νῦν δὲ Ἀμφίπολιν, τῶν μὲν Ἐννέα ὁδῶν αὐτοὶ ἐκράτησαν, ἃς εἶχον Ἠδωνοὶ. κ. τ. λ. Quos tamen colonos a. 465. (a. 467. v. Lucas. l. l. p. 44.) demum missos esse, quum et ipse Thuc. satis indicasse videatur, et omnes fere interpretes consentiant (cf. Poppo ad h. Thuc. l. et Clint. Append. ad Fast. Hell. inscript. *Amphipolis*, qui diversum etiam Eionis et Amphipolis situm accurate describit); Plutarchi narratio, duplici ratione explicari atque

Ἠϊόνα καὶ τὴν Ἀμφίπολιν οἰκίσαντες; Ὤικισαν δὲ καὶ Σκῦρον ἑλόντος Κίμωνος ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Δόλοπες ᾤκουν τὴν νῆσον, ἐργάται κακοὶ γῆς· λῃζόμενοι δὲ τὴν θάλασσαν ἐκ παλαιοῦ τελευτῶντες οὐδὲ τῶν εἰσπλεόντων παρ' αὐτοὺς καὶ χρωμένων ἀπ-

15. ᾤκισαν Stephanus cum [C]: legebatur ᾠκησαν.

defendi potest. Nam aut in universa hac Cimonis cum Miltiade comparatione duas res, tempore quidem distantes, sed ad Cimonem tamen populo commendandum aeque efficaces, conjunxisse putandus est; aut, quod vero simillius habemus, eandem coloniam cogitavit, cujus interitum (in novem cladibus ad Amphipolin acceptis) Schol. ad Aesch. de fals. leg. p. 755. Reisk. ita memorat: *διεφθάρησαν ὑπὸ Θρᾳκῶν, εἰλημότες Ἠϊόνα, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Φαίδωνος* (a. 476); in quibus *Amphipolis* nomine quidem non memoratur, sed ut colonia, eo tempore jam condita, intelligenda videtur. Cf. in primis Clinton. l. modo l. qui p. 262. hanc colonorum missionem nullo modo eandem haberi posse docet, quam decem millium coloniam a Thucydide l. l. memoratam. Cf. Lucas l. l. p. 29. et 44.

15. *Ὤικισαν δὲ καὶ Σκῦρον κ. τ. λ.*] Anno eodem a. C. 476. et Scyrum a Cimone captam, et Atheniensium civibus hujus insulae agros divisos esse, recte statuit Clint. Fast. Hell. Nam post Eionem expugnatam statim Scyrum quoque a Cimone devictam tradunt Thuc. I. 98.: *ἔπειτα Σκῦρον τὴν ἐν τῷ Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ᾤκουν Δόλοπες, ἠνδραπόδισαν, καὶ ᾤκισαν αὐτοί.* et Diod. Sic. XI. 60. *Σκῦρον δὲ, Πελασγῶν ἐνοικούντων καὶ Δολόπων, ἐξεπολιόρκησε· καὶ κτίστην Ἀθηναῖον καταστήσας, κατεκληρούχησε τὴν χώραν.* Diodorus *Pelasgos* Dolopibus addit; solos autem Dolopes etiam nominat Nepos, qui perverso ordine post Amphipolin constitutam et alia, quae serius evenere, hanc Cimonis expeditionem narrat. Cf. Poppo ad Thuc. l. l.

17. Δόλοπες] „ Dolopum sedes paullo accuratius cognosci possunt e Thuc. II. 102., ubi Achelous dicitur e Pindo per Dolopiam in fines Agraeorum fluere; cf. Strabo. p. 434. Iidem tamen Dolopes etiam alias regiones incolebant, ut insulam Scyrum, ubi ab Atheniensibus subacti sunt." Poppo in Proleg. ad Thucyd. p. 303, ubi in nota additur: „ In bellis Philippi III aliquoties nominantur apud Polybium. Augusti aetate exstincti erant, ut docet Paus. X, 8, 2."

— *λῃζόμενοι δὲ τὴν θάλασσαν*, *praedando autem mare infestum reddentes.*

19. *οὐδὲ τῶν εἰσπλεόντων παρ' αὐτοὺς καὶ χρωμένων ἀπείχοντο ξένων*, *neque ab advenis, illorum portus intrantibus et mercaturam facientibus abstinebant.* Nam *χρῆσθαι*, *consuetudine alicujus uti*, jure hoc loco Wytt. in Ind. et Wassenbergh. & Bosscha in belgica Plutarchi versione per *mercaturam facere* explicuerunt.

εἴχοντο ξένων, ἀλλὰ Θετταλούς τινας ἐμπόρους περὶ τὸ Κτήσιον ὁρμισαμένους συλήσαντες εἶρξαν. Ἐπεὶ δὲ διαδράντες ἐκ τῶν δεσμῶν οἱ ἄνθρωποι δίκην κατεδικάσαντο τῆς πόλεως Ἀμφικτυονικὴν, οὐ βουλομένων τὰ χρήματα τῶν πολλῶν συνεκτίνειν, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας καὶ διηρπακότας ἀποδοῦναι κελευόντων, δείσαντες ἐκεῖνοι πέμπουσι γράμματα πρὸς Κίμωνα κελεύοντες ἥκειν μετὰ τῶν νεῶν ληψόμενον τὴν πόλιν ὑπ' αὐτῶν ἐνδιδομένην. Παραλαβὼν δ' οὕτω τὴν νῆσον ὁ Κίμων τοὺς μὲν Δόλοπας ἐξήλα-

21. ὁρμησαμένους ia.

20. περὶ τὸ Κτήσιον] Coraes ad h. l. „Ἐπίνειον ἴσως τῶν Σκυρίων οὕτω καλούμενον. Σημειώτεος ὁ τόπος ὡς παρ' οὐδενὶ, ὅσα γ' ἐμὲ εἰδέναι, τῶν γεωγράφων κείμενος. Ἕτερον γὰρ τὸ Κτήσιον τοῦτο τῆς Κτημένης, Θετταλικῆς πόλεως, καίπερ κἀκείνης ὑπὸ Δολόπων οἰκουμένης."

21. Ἐπεὶ δὲ διαδράντες ἐκ τῶν δεσμῶν οἱ ἄνθρωποι δίκην κατεδικάσαντο τῆς πόλεως Ἀμφικτυονικὴν. „*Postquam autem e vinculis elapsi homines condemnarunt* (i. e. fecerunt, ut condemnarent, vid. Wytt. in Ind.) *civitatem ad poenam* sive multam *Amphictyonicam*, i. e. accusantes civitatem in Amphictyonum concilio, effecerunt, ut ab eo pecunia multaretur civitas. De cujus concilii in rebus politicis auctoritate Vid. G. Leignes Bakhoven, in Disput. inaug. Cf. omnino K. F. Hermann. Griech. Staatsalterth. qui §. 12. magnum duodecim populorum Amphictyonicum concilium docte, ut solet, definiens, §. 13, 5. ejus sententiam, h. l. memoratam, in iis judiciis recenset, quae potentiorum sociorum causa habita esse statuit, ut horum politica consilia religionis specie tegerentur. Vid. etiam F. D. Gerlach. in libro Historische Studien, p. 35. ubi de Amphictyonum concilio agens, sententiam h. l. a Nostro allatam per XXX circiter annos, post bella Persica elapsos, unicam fere fuisse dicit, qua concilii hujus auctoritas cerneretur.

25. τοὺς ἔχοντας, *qui habebant* scil. τὴν λείαν, *praedam*, καὶ διηρπακότας, *qui diripuerant*, τοὺς Θετταλοὺς aliosque navigantes.

26. ἐκεῖνοι] Ad proximum διηρπακότας referendum esse, nemo non videt. Ita autem ἐκεῖνος pro vulgari οὗτος adhiberi, docuit Kühner A. G. §. 629. 7.

28. ἐνδιδομένην] Ἐνδίδωμι, saepe, tanquam neutrum, *indulgere* sive *cedere* notat; nec tamen raro, prouti nostro l. activam *dedendi*, *prodendi*, *tradendi* vim habet, quâ vi semper apud Xenophontem et vulgo etiam apud Thucydidem occurrit.

Αἰγέως ἀπελθόντος, πυνθανομένης δὲ τῆς Αἰθρας τοῦ Αἰγέως ἀγνοῦντα φὴς ἐκ Τροιζῆνος εἰς Ἀθήνας, αὐτοῦ δ' ἀποθανόντα δῆλα ἂν ποιῆσαι τοῖς Ἀναιμακτίδαις τοῦ βασιλέως, ἐστάλησαν

Ἐκ τῶν Ἀθηνῶν] Wytt. in diam misit, ipse, diras Minois imprecatus, in Scyrum migravit.

22. αὐτῷ δ' ἐπεβούλευσαν.] Sec. Plut. Thes. 35. in Scyrum Theseus secessit, ibi quippe et insulas amicitia, ut putabat, sibi devinctus, et paterna simul praedia habens. Eo autem tempore Scyriorum rex erat Lycomedes. Ad quem quum confugisset, ut agri sibi redderentur postulavit, quippe illic habitaturus. Sed referunt nonnulli, amulum ab illo contra Athenienses fugitasse. At Lycomedes, sive viri gloriam veritus, seu gratum fecisse Menestheo, in excelsa regionis loca eum eductum, tamquam inde praedia ei monstraturus, de saxo praecipitatum interemit. Nonnulli eum casu ferunt prolapsum, post coenam, ut solebat, ambulantem.

— ἀπεθανάτισαν τὸν Λυκομήδην] Passivorum instar verba neutra apud Graecos praepos. ὑπὸ cum genit. post se habere, uti apud Latinos praep. *a s. ab*, exempla docent, congesta ad Viger. a Zeunio, p. 187. 6. ed. Herm.

33. ἐσπούδασε τὸν τάφον ἀνευρεῖν] Plut. Thes. 36. Μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ Φαίδωνος ἄρχοντος μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τὸν Θησέως ἀνελέσθαι ὀστᾶ καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν. Ἦν δὲ καὶ λαβεῖν ἄπορα καὶ γνῶναι τὸν τάφον ἀμυξίᾳ καὶ χαλεπότητι τῶν ἐνοικούντων Δολόπων. Οὐ μὴν ἀλλὰ Κίμων ἑλὼν

τὸν τάφον ἀνευρεῖν. Καὶ γὰρ ἦν χρησμὸς Ἀθηναίοις τὰ Θησέως λείψανα κελεύων ἀνακομίζειν εἰς ἄστυ καὶ τιμᾶν ὡς ἥρωα πρεπόντως, ἀλλ' ἠγνόουν ὅπου κεῖται, Σκυρίων οὐχ ὁμολογούντων οὐδ' ἐώντων ἀναζητεῖν. Τότε δὴ πολλῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ σηκοῦ μόγις ἐξευρεθέντος ἐνθέμενος ὁ Κίμων εἰς τὴν αὑτοῦ τριήρη τὰ ὀστᾶ καὶ τἄλλα κοσμήσας μεγαλοπρεπῶς κατήγαγεν εἰς τὴν αὐτοῦ δι' ἐτῶν σχεδὸν τετρακοσίων. Ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἡδέως

42. τετρακοσίων] numerus corruptus. ὀκτακοσίων cum Meursio Archont. p. 66. editores.

τὴν νῆσον, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται, καὶ φιλοτιμούμενος ἐξανευρεῖν, ἀστοῦ τινα τόπον βουνοειδῆ κόπτοντος, ὥς φασι, τῷ στόματι καὶ διαστέλλοντος τοῖς ὄνυξι θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφρονήσας ἀνέσκαψεν. Εὑρέθη δὲ θήκη τε μεγάλου σώματος αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ καὶ ξίφος. Κομισθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Κίμωνος ἐπὶ τῆς τριήρους ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο καὶ θυσίαις, ὥσπερ αὐτὸν ἐπανερχόμενον εἰς τὸ ἄστυ. Quibus lectis, nemo non intelliget, quanti Athenienses Cimonis hoc inventum, oraculi auctoritate sibi commendatum, fecerint. Simul autem, nostram Cimonis ante ipsam Thesei vitam scriptam fuisse, perspiciet. Vid. A. Lion, *de ordine, quo Plutarchus vitas scripserit*, qui *Thesei* et *Romuli* vitas, quamquam temporis ratione habita primas, ex iis tamen esse docet, quae a Plutarcho ultimae fere scriptae sunt. Voce ἀμιξίᾳ barbororum illorum indolem, ab omni consuetudine cum reliquis Graecis alienam, indicasse Noster videtur.

37. Σκυρίων-ἀναζητεῖν]. Prae ἀμιξίᾳ, sive inculta, qua utebantur, vivendi ratione, ante Cimonis adventum Scyrii ὁμολογεῖν, *fateri*, sive *indicare* Thesei reliquias noluerant, neque ut Athenienses eas exquirerent, permittere.

40. τἄλλα] Non ad hastam illam et gladium, simul cum Thesei ossibus repertum, haec referenda sunt; (sic enim Noster, ut solet, τά τε ὀστᾶ scripsisset, neque partic. κοσμήσας posuisset sine copula;) sed adverbii loco posita *ceterum*, *ceteroquin*, *praeterea*, indicant.

41. κατήγαγεν] Vide supra ad c. I. in fine, κατέρχομαι.

— εἰς τὴν αὐτοῦ] Reiskius εἰς τὴν αὑτοῦ, quamquam melius dicitur αὐτοῦ. Nam αὐτοῦ ad Theseum optime refertur. Praeterea conjecit Reisk. εἰς τὸ ἄστυ, quod nisi scribatur, τὰς τρεῖς λέξεις ταύτας ὅλως περιαιρετέον Coraes statuit. Jure autem

ὁ δῆμος ἔσχεν. Ἔθεντο δ' εἰς μνήμην αὐτοῦ καὶ τὴν τῶν τραγῳδῶν κρίσιν ὀνομαστὴν γενομένην. Πρώτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος 45 Ἀφεψίων ὁ ἄρχων, φιλονεικίας οὔσης καὶ παρατά-

conjecturam illam neglexit Sintenis; intelligitur enim γῆν sive πατρίδα.

— δι' ἐτῶν σχεδὸν τετρακοσίων] Διὰ cum gen. non tantum spatium temporis, per quod aliquid fit, sed simul finem ejus notat, convenitque Latinorum praep. *post*, vel *o*, sive *ex*, Liv. 27. 34. *ex tanto intervallo*. Cf. Kühner. §. 605. I. 2. et Rost. et Palm. ad Passovii Lex. in voce. Ceterum corruptum esse numerum, supra in notis criticis vide.

43. Ἔθεντο δ' εἰς μνήμην αὐτοῦ—γενομένην. „ *Constituere autem in memoriam ejus* (rei) *etiam judicium tragicorum, quod celebre factum est.*"

44. Πρώτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους — καθέντος.] „ Poëtae tragici de praemio certare lege tenebantur, *quatuor fabulis simul* editis, quarum *tres tragoediae*, argumenti fere conjunctionem quandam habentes, ut nobilissima Aeschyli *Orestias*, *quarta satyri*, i. e. *drama* esset *satyricum*. Poëtae autem dramatici *antiquiores* non solum fabulas suas ipsi *egerunt*, verum etiam *institutores* et *magistri* fuere, non tam *chori*, (quem et nutrire, et remunerari, et per χοροδιδάσκαλον instituere, et vestibus atque coronis suo sumtu instruere debuit civium opulentiorum is, qui *Choragi* partes receperat;) quam *histrionum*. — Quam ob rem poëtas, qui ederent fabulas, eas *docere*, διδάσκειν δράματα, earumque διδάσκαλοι vulgo dicebantur. Ducta hinc vox Διδασκαλία, quae initio carmen vel fabulam a poëta conditam et institutionem scenicam significabat." Groddeck, Hist. Graec. lit. I. 248. Quum autem in *certamine* musico fabulae illae agerentur, aeque καθίημι, *demitto, ad certamen demitto*, διδασκαλίαν dicitur, atque ἅρματα, ἵππους. Plut. Alcibiad. II. Cf. de tragicis didasc. A. Schoell. Beitrage zur Attisch. literaturgesch. & H. Planck, de Eurip. Troica didascalia.

45. ἔτι νέου] Prima Sophoclis victoria refertur a Clint. Fast. Hell. ad a. 468. Archonte *Theagenide*. „ Erant magna Dionysia sive Διονύσια τὰ ἐν ἄστει, quibus praesidebat Archon Eponymus *Apsephion*; et, ὁ μὲν ἄρχων διατίθησι Διονύσια, ὁ δὲ βασιλεὺς (cf. Aristoph. Acharn. 1224. et Scholiast. ad h. l.) προέστηκε Ληναίων. Pollux VIII. 89. 90. Una ex tragoediis erat Τριπτόλεμος σατυρικός. Plin. H. N. XVIII. 7.: *Sophoclis Triptolemus ante mortem Alexandri annis fere* 145. Sed ante Chr. 323+145 = a. l. 468." Sunt verba Clint.

46. παρατάξεως] Propric παράταξις *aciei instructionem* notat atque inde et *aciem* ipsam et *pugnam*; quem sensum hoc loco habet; nam quum res ageretur Aeschyli tot victoriis clari, jam vero palmam fortasse cessuri Sophocli juveni, primum in certamen degresso, non mirum, si spectatorum studia diversa essent, et φιλονεικία, *dissidium* atque παράταξις *partium duarum certamen* oriretur.

ξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν οὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος, ὡς δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατήγων προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐποιήσατο τῷ θεῷ τὰς νενομισμένας σπονδάς, οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν, ἀλλ' ὁρκώσας ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας, ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον. Ὁ μὲν οὖν ἀγὼν καὶ διὰ τὸ τῶν κριτῶν ἀξίωμα τὴν φιλοτιμίαν ὑπερέβαλε.

48. Sint. mavult παρελθών, sed vid. annot. nostr. 49. τῇ θεῷ C, quod correctoris putat Sint. v. v. l. Lucull. 13. Diodori 11, 62. 52. ἀπὸ φυλῆς B, ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἑκάστης G. Hermann. certam. erud. (Lips. 1834) p. 7. ἕνα ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης Sint. exspectaverat, sed ut vulgatam idem dicere putet.

48. προελθών] Sintenis mavult παρελθών, quod minus probo. Solet enim Noster verbis παρέρχομαι & παριέναι, potissimum (nonnunquam enim alio sensu usurpavit, ut Alcib. 10. et Brut. 15.) de oratore uti, qui *prodit* ad verba in concione facienda, Demosth. 18. Themist. 4. ad quem locum, Sintenis: „παρελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, inquit, eodemque modo προελθεῖν et προσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον dicitur; nec tamen sine sententiae discrimine, nam προελθεῖν dicitur, ubi ratio habetur ejus loci, unde quis prodiens accedit, προσελθεῖν, quod non multum differt a παρελθεῖν, ubi locus vel homines spectantur, quibus quis se adjungit."

50. οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν] Sufficerent οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς, non *dimisit eos;* nam post ἀφιέναι vulgo accus., raro acc. cum inf. reperitur, cf. Rost. et Palm. ad Pass. Quum vero archontis non esset, *dimittere eos*, sive *jubere eos abire*, ideo fortasse additum est ἀπελθεῖν, ut ἀφῆκεν idem valeret quod εἴασεν, & sensus esset, *non passus est, non sivit eos abire.* Paucis tamen etiam aliis locis accusat. cum inf. verbo ἀφίημι Noster adjunxit, uti Arat. 17. ἀφιέναι τὴν διάνοιαν παίζειν καὶ σχολάζειν.

51. καθίσας] In primis de judicibus καθίζειν & καθῆσθαι usurpatur, uti Latinorum *sedere*, nostrum *zitten, zitting houden.* Cf. Plato Apol. Socr. 24.

53. Ὁ μὲν-ὑπερέβαλε] Reiskius se locum hunc non intelligere fassus, καὶ τῶν ποιητῶν τὴν φιλ. conjicit. Male; nam τὴν φιλοτιμίαν cum ὑπερέβαλε jungendum; eodem modo Noster Alcib. II. Καὶ τὸ νικῆσαι δὲ — ὑπερβάλλει λαμπρότητι καὶ δόξῃ πᾶσαν τὴν ἐν τούτοις φιλοτιμίαν. Ὑπερβάλλειν τὴν φιλοτιμίαν, *ambitionem, honoris studium superare, honoris fastigium continere* notat, idemque valet, quod ὑπερβολὴν τιμῆς ἔχειν, hujus cap. init. Ita enim explicare malo quam Coraen sequi, qui: „ἄμεινον ἂν ἔφρασε, inquit, τῇ φιλοτιμίᾳ ὑπερέβαλε, τουτέστι, καθ' ὑπερβολὴν ἐφιλοτιμήσαντο οἱ ποιηταὶ ἄξιοι τοῦ ἀγῶνος δειχθῆναι."

Νικήσαντος δὲ τοῦ Σοφοκλέους λέγεται τὸν Αἰσχύλον περιπαθῆ γενόμενον καὶ βαρέως ἐνεγκόντα 55
χρόνον οὐ πολὺν Ἀθήνησι διαγαγεῖν, εἶτ' οἴχεσθαι δι' ὀργὴν εἰς Σικελίαν, ὅπου καὶ τελευτήσας περὶ Γέλαν τέθαπται.

484 IX. *Συνδεικνῦσαι δὲ τῷ Κίμωνί φησιν ὁ Ἴων παντάπασι μειράκιον ἥκων εἰς Ἀθήνας ἐκ Χίου παρὰ Λαομέδοντι· καὶ τῶν σπονδῶν γενομένων παρακληθέντος ᾆσαι καὶ ᾄσαντος οὐκ ἀηδῶς ἐπαινεῖν τοὺς παρόντας ὡς δεξιώτερον Θεμιστοκλέους ἐκεῖ-* 5

58. Γέλας Sint. IX. 1. φησιν ὁ Ἴων τῷ Κίμωνι C. 2. ἐκ Χίου om. C. 3. παρακληθέντα—ᾄσαντα sine caussa Schaeferus. cf. ann. nostr.

55. περιπαθῆ γενόμενον, *magno dolore afflictum.* Περιπαθής, vocabulum Polybio et Nostro usitatum, Wytt. ad Mor. 130. C. *commotionis et affectus plenus* explicat, loca, ubi legitur, ex Nostro congerens.

57. τελευτήσας] De Aeschyli morte vid. quos citant Sax. Onom. I. 31. & Voss. de poët. Graec. p. 25. cf. Groddeck, I. 151.

IX. 1. Συνδεικνῦσαι] Insigni hoc ad Jonis vitam probabiliter temporibus suis describendam loco docte usus est Nieberding. disp. supra l. qui (p. 2). „manifestum, inquit, est, tempus illud significari, quo Cimon post Sesti Byzantiique expugnationem, Persarum copiis ad Eurymedontem fluvium devictis, magno jam apud Athenienses in honore esse et Themistoclis gloriam aemulari coepit. Atqui Cimonem Ol. 77, 4. (a. Chr. 469.) ossa Thesei Scyro insula Athenas reportasse et deinde certamen illud inter Aeschylum et Sophoclem dijudicasse constat; quam ob causam haec ejus *ἐπιδήμησις* inter Ol. 77, 4 et 78, 1. apte videtur collocari."

2. παντάπασι μειράκιον] Nieberding. p. 2. Jonem eo tempore admodum adolescentem atque adeo puerum quatuordecim fere annos natum fuisse dicit.

— εἰς Ἀθήνας ἐκ Χίου.] Usitata est Graecis haec praepositionum ponendarum ratio, ut prius locus, ad quem, deinde locus, unde fiat motus, indicetur, quod et apud Latinos et in recentioribus linguis inverso ordine fieri solet.

3. παρακληθέντος--ᾄσαντος] De his genitivis, ubi accusativos malueris, vid. ad c. 17.

5. δεξιώτερον] Δεξιὸς h. l. *cultus, exercitatus* notat, ut lat. *dexter*, quam metaphoricam vim Herodotus et Xenophon ignorant, Thuc. autem substantivo δεξιότης III. 37. ubi vid. Poppo, et adjectivo δεξιὸς tribuit III. 82. ubi ad Schol. vid. Poppo p. 821. Cf. Rost. et Palm. ad Passov. in v.

— ἐκεῖνον γὰρ ᾄδειν μὲν οὐ

νον γὰρ ᾄδειν μὲν οὐ φάναι μαθεῖν οὐδὲ κιθαρίζειν, πόλιν δὲ ποιῆσαι μεγάλην καὶ πλουσίαν ἐπίστασθαι· τοὐντεῦθεν, οἷον εἰκὸς ἐν πότῳ, τοῦ λόγου ῥυέντος ἐπὶ τὰς πράξεις τοῦ Κίμωνος καὶ μνημονευομένων τῶν μεγίστων, αὐτὸν ἐκεῖνον ἓν διελθεῖν στρατήγημα τῶν ἰδίων ὡς σοφώτατον. Ἐπεὶ γὰρ ἐκ Σηστοῦ καὶ Βυζαντίου πολλοὺς τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους λαβόντες οἱ σύμμαχοι τῷ μὲν Κίμωνι διανεῖμαι προσέταξαν, ὁ δὲ χωρὶς μὲν αὐτούς, χωρὶς δὲ τὸν περὶ τοῖς σώμασι κόσμον αὐτῶν ἔθηκεν, ἠτιῶντο τὴν διανομὴν ὡς ἄνισον. Ὁ δὲ τῶν μερίδων ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἑλέσθαι τὴν ἑτέραν, ἣν δ' ἂν ἐκεῖνοι καταλίπωσιν, ἀγαπήσειν Ἀθηναίους. Ἡροφύτου δὲ τοῦ Σαμίου συμβουλεύσαντος αἱρεῖσθαι τὰ Περσῶν μᾶλλον ἢ Πέρσας, τὸν μὲν κόσμον αὐτοὶ ἔλαβον, Ἀθηναίοις δὲ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλιπον. Καὶ τότε μὲν ὁ Κίμων ἀπῄει γελοῖος εἶναι δοκῶν διανομεύς, τῶν μὲν συμμάχων ψέλια χρυσᾶ

7. πλουσίαν καὶ μεγάλην C. 13. μὲν accessit ex A. 23. ψέλ. α A: ψέλλια vulg.

φάναι] Themistocles ἐν ταῖς ἐλευθερίοις καὶ ἀστείαις λεγομέναις διατριβαῖς ὑπὸ τῶν πεπαιδεῦσθαι δοκούντων χλευαζόμενος ἠναγκάζετο Φορτικώτερον ἀμύνεσθαι λέγων, ὅτι λύραν μὲν ἁρμόσασθαι καὶ μεταχειρίσασθαι ψαλτήριον οὐκ ἐπίσταται, πόλιν δὲ μικρὰν καὶ ἄδοξον παραλαβὼν ἔνδοξον καὶ μεγάλην ἀπεργάσασθαι. Plut. in vita Them. 2., ubi vid. Sintenis, qui μαθήματα ἐλευθέρια *literas*, *musicam*, *gymnasticam*, et postea etiam *pictoriam* fuisse docet.

9. ῥυέντος] Praesertim forma ῥυῆναι Nostro propria est, *delabi*, *decurrere*, *incidere* notans. Vid. Voegelinus ad M. Brut. 15. in fine et in primis Sintenis ad Plut. 12.

14. χωρὶς μὲν — χωρὶς δὲ] Adverbium hoc, *bis* ita positum, Homerus quoque habet Odyss. IX. 221. et Plato Phaed. 64. C.

22. ἀπῄει] Ἄπειμι, *discedere*, potissimum illi dicuntur, qui pugnam sive certamen commiserunt, et inde aut victores aut victi abeunt. Cf. Plut. Caesar 39. & 56. Certaminis autem loco Cimoni fuerat haec praedae cum sociis divisio.

23. ψέλια *armillae* et στρε-

καὶ μανιάκας καὶ στρεπτοὺς καὶ κάνδυας καὶ πορφύραν φερομένων, τῶν δ' Ἀθηναίων γυμνὰ σώματα κακῶς ἠσκημένα πρὸς ἐργασίαν παραλαβόντων. Μικρὸν δὲ ὕστερον οἱ τῶν ἑαλωκότων φίλοι καὶ οἰκεῖοι καταβαίνοντες ἐκ Φρυγίας καὶ Λυδίας ἐλυτροῦντο μεγάλων χρημάτων ἕκαστον, ὥστε τῷ Κίμωνι τεσσάρων μηνῶν τροφὰς εἰς τὰς ναῦς ὑπάρξαι καὶ προσέτι τῇ πόλει χρυσίον οὐκ ὀλίγον ἐκ τῶν λύτρων περιγενέσθαι.

X. Ἤδη δ' εὐπορῶν ὁ Κίμων ἐφόδια τῆς στρα-

24. κάνδυς C. 30. τὰς om. C. X. 1. ἐφοδίων C.

πτοὶ, *torques*, saepe conjunctim a Xenoph. memorantur, ut Cyr. I. 3. 3. Ταῦτα Μηδικά ἐστι— στρεπτοὶ περὶ τῇ δέρῃ, καὶ ψέλλια περὶ ταῖν χεροῖν. Cf. Suidas in στρεπτὸς, qui explicat περιδέραιος κόσμος. Μανιάκαι non *armillas* tantum, sed etiam *torques* designasse videntur, de quibus Coraes haec habet: „Μανιάκης, „ὁ περιαυχένιος κόσμος" φησὶ Σουίδας. Ἑλληνικὴν δὲ βούλονται τὴν λέξιν εἶναι οἱ Λεξικογράφοι, ἣν ἴσως πιθανώτερον τῇ Χαλδαίων φωνῇ προσήκειν ἄν τις ὑπονοήσειε (Δανιὴλ. κεφ. ε. 7, 18, 31.)." Κάνδυες, Persarum chlamydes sive amicula fuerunt, male ab Hesych. dicta χιτῶνες Περσικοὶ; nam et apud alios et praecipue ap. Xenoph. χιτῶνες, *tunicae* et Κάνδυες, *pallae* sive *amicula*, semper distinguuntur. Cf. interpr. ad Hes. & Sturz. Lex. Xenoph. Nostro igitur loco πορφύρα indicare potest *tunicas purpureas*, saepe a Xenoph. memoratas.

X. 1. Ἤδη δ' εὐπορῶν-πολίτας. „*Opibus vero jam abundans Cimon viatica exercitus, quae praeclare ab hostibus percepisse visus est, praeclarius in civium suorum commoda impendebat.*" Si legitur ἐφόδια τῆς στρατιᾶς, quasnam pecunias intellexerit Plutarchus, jure quaeritur. Fuisse eas, quae ex redditis magno pretio Persarum captivis redierant, tam ea, quae praecedunt, quam quae sequuntur, satis docent. Quae tamen, si dicendae erant ἐφόδια τῆς στρατιᾶς, *viatica* sive *commeatus* (nam apud Herod. IV. 203. et VI. 70. ἐφόδιον *commeatum* notat; apud Xen. Hell. I. 1, 16. *viaticum*); quomodo Cimon eas tamquam *suas* in civium commoda impendere potuit? Mirum idcirco, Sintenin non memorasse, quam Coraes proposuit, lectionem στρατηγίας, aut Jacobsii (ad h. l.) conjecturam στρατείας, (στρατεία & στρατιὰ quoties permutatae fuerint, vid. in Sturzii Lex. Xenoph.). Sic enim illae intelligi possint pecuniae, quae tanquam *imperii* vel *expeditionis* praemia *ipsi* contingebant Cimoni; quas tamen Cimon, quamquam proprie *adminicula militiae*, sive *adjumenta belli gerendi*, (nam

τιᾶς ἃ καλῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἔδοξεν ὠφελῆσθαι κάλλιον, ἀνήλισκεν εἰς τοὺς πολίτας. Τῶν τε γὰρ ἀγρῶν τοὺς φραγμοὺς ἀφεῖλεν, ἵνα καὶ τοῖς ξένοις καὶ τῶν πολιτῶν τοῖς δεομένοις ἀδεῶς ὑπάρχῃ λαμβάνειν τῆς ὀπώρας, καὶ δεῖπνον οἴκοι παρ' αὐτῷ λιτὸν μὲν, ἁρκοῦν δὲ πολλοῖς, ἐποιεῖτο καθ' ἡμέραν, ἐφ' ὃ τῶν πενήτων ὁ βουλόμενος εἰσήει καὶ διατροφὴν εἶχεν ἀπράγμονα μόνοις τοῖς δημοσίοις σχολάζων. Ὡς δ' Ἀριστοτέλης φησὶν, οὐχ ἁπάντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ τῶν δημοτῶν αὐτοῦ Λακιαδῶν παρεσκευάζετο τῷ βουλομένῳ τὸ δεῖπνον. Αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο συνήθεις ἀμπεχόμενοι καλῶς, ὧν ἕκαστος,

2. , ἀπὸ τῶν Reiskii noli probare cum nuperis Sintenis. ὠφελῆσθαι [A] CBᵉ: ὠφελεῖσθαι vulg. 8. ὃ Muretus: libri ᾧ. 10. δ' excidit ex Stephaniana. 13. συνήθεις] συνήθως Coraes, δύο ἢ τρεῖς Reiskius cum Theopompo Athenaei 12. p. 533 B. περιήγετο μὲν ἀεὶ νεανίσκους δύ' ἢ τρεῖς ἔχοντας κέρματα. Vid. annot. nostr.

apud Nostrum ἐφόδιόν τινος fere *adjumentum* sive *adminiculum rei* indicat; vid. Wytt. in Ind.) in civium suorum commoda quam in ipsa belli negotia impendere maluit.

2. ἃ καλῶς ἔδοξεν ὠφελῆσθαι—κάλλιον ἀνήλισκεν] Positivum, qui dicitur, adverbii comparativo ita opponere Noster amat, v. c. Alcib. 38. Τπηρέτῃ χαλεπήναντες ἀποβαλόντι ναῦς αἰσχρῶς, αἴσχιον αὐτοὶ τὸν κράτιστον—ἀφείλοντο τῆς πόλεως στρατηγόν, ubi juxta se invicem collocata majorem etiam vim habent.

3. Τῶν τε γὰρ ἀγρῶν κ. τ. λ.] Vid. disput. nostra de font. in prooem. p. 26.

5. λαμβάνειν τῆς ὀπώρας, *sumere de fructibus*, dictio est satis in vulgus nota. Cf. Viger. de Idiot. p. 52. et infra h. c. τῶν κερματίων ἐνέβαλλον.

6. λιτὸν μὲν, ἁρκοῦν δὲ πολλοῖς] Theop. δεῖπνον εὐτελὲς παρασκευάζεσθαι πολλοῖς.

8. διατροφὴν εἶχεν ἀπράγμονα, *alimentum habebat*, quod *omnis curae* atque *laboris expers* esset, ut ita *securus* solis vacaret rebus publicis.

10. Ἀριστοτέλης] Vid. prooem. p. 32.

11. Λακιαδῶν] De hoc Atticae vico cf. Leake, de demis Atticis, p. 24. 139. 229. Ipse autem demus dicebatur Λακκιάδαι et tribus *Oeneidos* erat.

13. συνήθεις, *familiares*, quod

εἴ τι; συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀστῶν πρεσβύτερος; ἠμφιεσμένος; ἐνδεῶς, διηπείβετο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια· καὶ τὸ γινόμενον ἐφαίνετο σεμνόν. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ νόμισμα κομίζοντες ἄφθονον παριστάμενοι τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορᾷ σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνέβαλλον εἰς τὰς χεῖρας. Ὧν δὴ καὶ Κρατῖνος ὁ κωμικὸς ἐν Ἀρχιλόχοις ἔοικε μεμνῆσθαι διὰ τούτων·

Κἀγὼ γὰρ ἠὔχουν Μητρόβιος ὁ γραμματεύς

20. ὁ accessit ex [AC] Bc Mur. 22. , κἀγὼ Stephanus post Justinianum Xylandrum Muretum: libri κάτω' Sint.

minus placet; nam συνήθεις Hesych. vocat ὁμοιοτρόπους, ἐν ὁμοίοις ἤθεσι τεθραμμένους, quales nimirum *familiares* sibi invicem fieri solent. Sed illi erant *pedissequi*, Nepos 4. Quare Coraes συνήθως, *vulgo, plerumque*, Reiskius δύο ἢ τρεῖς ex Theopompo assumsit; quae Reiskii conjectura magnopere se commendat, quia facillime συνήθεις ex δύο ἢ τρεῖς oriri potuit.

15. ἐνδεῶς] Theop. κακῶς.

16. καὶ τὸ γινόμενον ἐφαίνετο σεμνόν] Reisk. „Habebat ea res magnificam speciem." Proprie: „Atque id quod fiebat venerandum (laude et veneratione dignum) videbatur."

18. τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων] Illi pauperum intelliguntur, qui, paupertatem dissimulantes, quominus ab aliis quidquam peterent, pudore decorique retinebantur sensu. Nam κομψοὶ dicuntur, secundum Ruhnk. ad Tim., non tam *veram* et *naturalem*, quam *nimiam* et *adscititiam venustatem* sectantes. Heusdius meus, Plat. Pol. III. p. 439. E. nobis interpretans, κομψοὺς dictos fuisse statuebat, qui non, ut vulgus, viverent atque educarentur, sed elegantiore institutione usi, venustiore quoque vivendi ratione uterentur. Sic conveniet nostro *sierlijk*, *fatsoenlijk*. Ex hac vocis definitione satis patebit, *elegantiores* h. l. intelligi *pauperum*, quos, cultiore quippe et educatione et vita usos, paupertatis suae puderet. Quare apte addidit Noster σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνέβαλλον εἰς τὰς χεῖρας, ut humanitatem exprimeret Cimonis, non tantum ipsis pauperibus, ὁπότε τις προσέλθοι αὐτοῦ δεόμενος (Theopomp.), sed pauperum adeo pudori succurrere cupientis. Uti autem nostro, sic pluribus aliis Plutarchi locis κομψὸς esse *elegans*, *honestus*, docuit Wyttenb. in Ind.

19. καὶ Κρατῖνος] De Cratino vid. prooem. nostr. p. 20. sq.

22. ἠὔχουν] Αὐχεῖν, proprie *cervices efferre*, vulgo *gloriari*, h. autem l. prouti saepius, sequente infinitivo *audacter confidere* notat, aliquid factum iri; cf. Rost. et Palm. ad Pass. in v., qui exemplorum copia hanc verbi notionem probant. Apud Reiskium et in

Σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ
Καὶ πάντ' ἀρίστῳ τῶν Πανελλήνων πρὸ τοῦ
Κίμωνι λιπαρὸν γῆρας εὐωχούμενος
Αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν. Ὁ δὲ
Λιπὼν βέβηκε πρότερος.

Ἔτι τοίνυν Γοργίας μὲν ὁ Λεοντῖνός φησι τὸν Κίμωνα τὰ χρήματα κτᾶσθαι μὲν, ὡς χρῶτο, χρῆσθαι δὲ, ὡς τιμῶτο, Κριτίας δὲ τῶν τριάκοντα γενόμενος ἐν ταῖς ἐλεγείαις ᾠχεται

24. *πρὸ τοῦ* G. Hermannus apud Runkelium Fr. Pherecrat. p. 187. et Bergkius comment. p. 22., qui etiam tentabat *ἐνὶ πρώτῳ* libri, *πρόμῳ* Muretus X, quod utpote epicis tragicisque familiare nec a Cratini sublimi oratione alienum assumsit Meineke, rejecit contra Sintenis, quippe haud ex libris ductum. 30. *δὲ τῶν*] *δ' ἐτῶν* m. pr. AB.

versione belgica a Wassenbergh. et Bossch. explicatur per *vovere*, *in votis habere*, quam vim cognatae quoque formae *κεκυχάομαι* et *εὔχομαι* habent.

— Μητρόβιος] „Hunc Metrobium Winckelmannus Proleg. ad Platon. Euthyd. p. XL. non diversum esse existimat ab eo qui Conni, nobilissimi fidicinis, pater perhibetur a Platone Euthyd. p. 227. C. & Menex. p. 236. A. Eandem sententiam sequutus est Th. Bergkius Comment. p. 19. Fortasse recte." Mein.

— ὁ γραμματεὺς] „De scribis Atheniensium multi multa commentati sunt. Vide in primis Schoemannum de Comit. p. 318. seqq. et Boeckhium Corp. Inscr. I. p. 200." Mein. cf. K. F. Hermann. Griech. Staatsalterth. 127, 17.

23. *σὺν ἀνδρὶ θείῳ*] „De hac honorifica appellatione Lacedaemoniis maxime usitata, ideoque ad Cimonis Laconicarum rerum studiosissimi laudes in primis accommodata, Platonis, Aristotelis et Aeschinis locos jam alii composuerunt; v. Buttmannum ad Platonis Men. p. 69." Mein.

25. *λιπαρὸν γῆρας εὐωχούμενος*] Λιπαρὸς, Lat. *nitidus, pinguis, lautus*, apud Homerum quoque *felix*, *prosper* designat, ut *γῆρας εὐδαίμον* Od. 11, 136. 19, 368. 23, 283. Sic *λιπαρῶς γηράσκειν* Od. 4, 210. Quod additur *εὐωχεῖσθαι*, proprie *convivio excipi*, *epulari*, tum vero *percipere*, *frui*, vulgo quidem cum genit., subinde tamen cum accus. poni, docuit Kühner. A. Gramm. §. 526. Nota 3.

28. *Γοργίας μὲν ὁ Λεοντῖνος*] De Gorgia vid. disput. nostr. de font. in prooem. p. 31.

30. *Κριτίας-τῶν τριάκοντα γενόμενος*] Ita genitivos partitivos verbis *εἶναι* & *γίγνεσθαι* adjungi, docet Kühner. §. 518. 2. 1.

Πλοῦτον μὲν Σκοπαδῶν, μεγαλοφροσύνην δὲ Κίμωνος,

Νίκας δ' Ἀγεσίλα τοῦ Λακεδαιμονίου.

Καίτοι Λίχαν γε τὸν Σπαρτιάτην ἀπ' οὐδενὸς ἄλλου

32. Σκοπαδῶν Coraes: Σκοπάδων vulg. 33. Ἀγεσίλα Stephanus: ἀγησίλα A, Ἀγεσιλάου vulg.

32. Πλοῦτον μὲν Σκοπαδῶν] Ad versionem belgicam Wassenb. & Bosech. Solani afferunt conjecturam, legentis Σκοπάδος, ut intelligatur dives ille Θεσσαλὸς Σκοπᾶς, qui in vita M. Catonis Majoris 18. amico, tale quid ab eo potenti, quod non admodum utile illi esset, atque dicenti, nihil se necessarium vel utile petere, respondisse fertur: „Atqui his ego beatus et dives sum, inutilibus et supervacaneis." Quod vecors ejusdem arrogantis viri dictum iterum Noster affert de Cupid. Divitiar. 52. Καὶ Σκόπαν τὸν Θεσσαλὸν ἐπαινέσαις, ὃς αἰτηθείς τι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὡς περιττὸν οὕτω (Reisk. e Catone corrigit αὐτῷ) καὶ ἄχρηστον· Ἀλλὰ μήν, ἔφη, τούτοις ἐσμὲν ἡμεῖς εὐδαίμονες καὶ μακάριοι τοῖς περιττοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις τοῖς ἀναγκαίοις. (e quorum locorum collatione, quod obiter moneo, Reiskii in ipso nomine scribendo negligentia patet, hic Σκόπας, in Catone Σκοπᾶς exhibentis.) Solani autem illam conjecturam jure neglexit Sintenis (cf. Wytt. in Ind.); nam pro ipso *Scopa*, in elegia Critias quidni Σκοπάδας *familiam Scopae*, sive posteros nominaverit, iisdem opibus, quibus Scopas gloriatus erat, celebratos? — Insignem enim in Thessalia Scopae familiam fuisse, satis etiam ex Herodoti libro VI. 127. patet, inter procos, in ludis Olympiacis publice a Clisthene Sicyoniorum tyranno ad Agaristae filiae ipsius nuptias ambiendas evocatos, *Dictoridem Crannonium* τῶν Σκοπιαδέων ἐκ Θεσσαλίης citantis. *Scopae* etiam meminit Cic. de Or. II. 86. „Dicunt enim, cum coenaret Crannone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem &c."

33. Νίκας δ' Ἀγεσίλα] Bellicas Agesilai laudes, a Xenophonte, Nepote, Plutarcho in vita fuse celebratas, egregie ita paucis expressit Diodor. XV. 31., quae ex Rhodomani versione sic se habent: „Hic fortitudinis et sapientiae imperatoriae laude celebris, et tantum non ad hoc usque tempus invictus erat. Namque et in caeteris bellis summam sibi admirationem comparaverat; et quo tempore Lacedaemonii cum Persis bellum gerebant, acie cum longe majoribus copiis congressus, victor exstiterat, et quaecunque sub dio erant, in potestate habens, magnum Asiae tractum pervaserat. Denique si ob urgentem domi necessitatem Spartani eum non revocassent, parum aberat, quin toto Persarum regno extremum periculum attulisset. Erat quippe vir ille ad res gerendas acer et cum prudentia audax, nec nisi rebus arduis et magnificis operam dabat."

34. Λίχαν] Plut. Reip. Ger. praecept. 823. 30. — ὥσπερ ἐν

γινώσκομεν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὀνομαστὸν γενόμενον ἢ ὅτι τοὺς ξένους ἐν ταῖς γυμνοπαιδίαις ἐδείπνιζεν· ἢ δὲ Κίμωνος ἀφθονία καὶ τὴν παλαιὰν τῶν Ἀθηναίων φιλοξενίαν καὶ φιλανθρωπίαν ὑπερέβαλεν. Οἱ μὲν

36. γυμνοπαιδίαις C cum Corae: γυμνοπαιδείαις vulg.

τοῖς συμποσίοις — Σωκράτης ἀκούεται, καὶ πρὸς Σωκράτην πάντες ἀποβλέπουσιν, οὕτως ἐν ταῖς ὑγιαινούσαις πόλεσιν Ἰσμηνίας μὲν ἐπιδίδωσι, καὶ δειπνίζει Λίχας, καὶ χορηγεῖ Νικήρατος. Quae Lichae cum Socrate comparatio Reiskio ad h. l. jure fluxisse videtur e Xenoph. Memor. I, 2, 61. Ἀλλὰ Σωκράτης γε καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους κόσμον τῇ πόλει παρεῖχε, πολλῷ μᾶλλον ἢ Λίχας τῇ Λακεδαιμονίων, ὃς ὀνομαστὸς ἐπὶ τούτῳ γέγονε. Λίχας μὲν γὰρ ταῖς γυμνοπαιδίαις τοὺς ἐπιδημοῦντας ἐν Λακεδαίμονι ξένους ἐδείπνιζε κ. τ. λ. Cf. Bornemann ad. h. l., qui affert etiam Ruhnkenii sententiam, statuentis, ex Xenoph. nostrum quoque de Licha locum translatum esse. De Licha vid. Poppo ad Thuc. V, 50.

36. γυμνοπαιδίαις] „Locus de festis diebus Spartae peculiaribus, mense Hecatombaeone celebratis a choris puerorum et virorum classicus est Hellen. VI, 4, 16." Bornemann ad Memor. locum modo laud., sive potius Schneider., cujus verba Bornemannus saepius ut sua affert. Addatur tamen scriptoribus, a Schneidero ad Hellen. locum allatis, Ruhnk. ad Tim. in voce, qui citat Etymol. M. p. 243. 3. Γυμνοπαιδία ἑορτὴ Λακεδαιμονίων· ἐν ᾗ παῖδες ᾖδον τῷ Ἀπόλλωνι. παιᾶνας γυμνοὶ εἰς τοὺς περὶ Πύλαιαν (lege Θυρέαν) πεσόντες. Vid. etiam Ast. ad Plat. de Legg. I. 7. pag. 43.; Sturz. Lexic. Xenoph. et Rost. et Palm. ad Passov. in v.

37. καὶ τὴν παλαιὰν τῶν Ἀθηναίων φιλοξενίαν] Uti Lichae, *Lacedaemonii*, hospitalitatem liberalitati Cimonis opponit Noster, ita scite pristinam illam Atheniensium φιλοξενίαν memorans, antiquorum simul Spartanorum ξενηλασίαν significasse videtur. Hospitalitate nimirum inclarescere in ejusmodi civitate, unde hospites, quantum fieri poterat, arcebantur, facile erat Lichae Spartano; difficillimum vero inter hospitalissimos Athenienses Atheniensi; et Cimon tamen pristinam etiam illam populi sui superasse dicitur φιλοξενίαν.

38. Οἱ μὲν γὰρ] Locus obscurior varieque tentatus (vid. supr. in not. crit.), quem tamen immutatum retinentes (ad belg. vers.) Wassenb. et Bosscha ita interpretati sunt: „Illi enim, quibus civitas jure gloriatur, et alimentorum semen in (inter) Graecos ediderunt, et aquam fontanam et ignis incensionem hominibus, qui indigerent, (dare) docuerunt." Nam haec fuisse in naturalibus communibusque, quae alter alteri praestare deberet, officiis, ut etiam viam monstrare, alia. Athenienses autem primos fuisse, qui haec humanitatis officia rudes populares suos docerent. Atque postea etiam, ut omni diligentia colerentur, diras publicas in illos editas fuisse, qui haec officia ne-

γὰρ, ἐφ' οἷς ἡ πόλις μέγα φρονεῖ δικαίως, τό τε σπέρμα τῆς τροφῆς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξέδωκαν ὑδάτων τε πηγαίων καὶ πυρὸς ἔναυσιν χρήζουσιν ἀνθρώποις ἐδίδαξαν, ὁ δὲ τὴν μὲν οἰκίαν τοῖς πολίταις πρυτα-

41., post πηγαίων aliquid excidisse pridem observatum est. Violentius Coraes ὑδάτων τε χρῆσιν καὶ πυρὸς ἔναυσιν ἀνθρώπους ἐδίδαξαν. nam quod Amiotum se dicit sequutum esse, is liberius ita: , car ils ont les premiers enseigné aux hommes par toute la Grece comment il faloit semer le bled et en user pour se nourrir et ont aussi monstré l'usage des fonteines et comment il faloit allumer et entretenir le feu.' nec probabilis Schaeferi ratio ὑδάτων τε πηγὰς—ἀνθρώποις ἔδειξαν. de ἐδίδαξαν v. ad Marcell. 12.' Sintenis. Vid. annot. nostr.

gligerent; quod probant ex Diphilo apud Grotium in Exc. e Com. et Trag. Gr. p. 793.; Cic. de Off. III. 13. I. 16.; Xen. Mem. II. 2, 12. Oecon. II. 15.; not. in Herodot. p. 614. Unde probabiliter monent, Plutarchi sententiam Gallica versione non fuisse expressam: „ils leur ont montré l'usage des fontaines et l'utilité du feu." Belgicae igitur versionis auctores, ut qui verum loci sensum optime perspexerint, secuti, post ἐδίδαξαν infinitivum διδόναι vel ex praecedente verbo ἐξέδωκαν assumendum, vel eodem modo omissum esse censemus, quo Latini eum post verba *decerno* et *impero* omittere consueverint; unde loci sensus exsistat: ἐδίδαξαν διδόναι, *docuerunt dare*, ὑδάτων πηγαίων, (de quo genit. vid. supr. in cap. hujus init.) *de aquis fontanis*, καὶ πυρὸς ἔναυσιν, *et ignis incensionem*, χρήζουσιν ἀνθρώποις, *hominibus qui indigerent*. Quam explicationem magis probo, quam ut ὑδάτων πηγαίων καὶ πυρὸς ἔναυσιν ambo ad dativum χρήζουσιν referantur. Sic constitutus locus prorsus Ciceronis verbis concinet, de Off. I. 16. „Ex quo sunt illa communia; non prohibere aqua profluente, pati ab igne ignem capere, siqui velit, cet." Ceterum totus locus *poëticam* quandam originem redolere mihi videtur; quamquam, ex quo poëta verba desumta fuerint, ignoro. Agriculturam autem ab Atheniensibus primum Graeciae populis traditam fuisse, tum Eleusinia sacra probant templumque Triptolemo Eleusine dicatum (de quibus vid. v. Limburg Brouwer, Hist. de la Civil. mor. et rel. des Grecs Tom. 7. p. 230. sqq.), tum monumenta antiquissimi cibi et frugum a plerisque civitatibus quotannis beneficii et inventionis causa Athenas missa, de quibus egit Wytt. ad Mor. 158. A. Quanta autem Atheniensium arrogantia hac in re fuerit, quippe qui optima ejusmodi agriculturae aliarumque artium dona a se ipsis oriunda praedicarent, monuit B. G. Weiske, Prometheus und sein Mythenkreis p. 561.

42. Πρυτανεῖόν ἐστιν οἶκος μέγας, ἔνθα αἱ σιτήσεις ἐδίδον-

νεῖον ἀποδείξας κοινὸν, ἐν δὲ τῇ χώρᾳ καρπῶν ἑτοίμων ἀπαρχὰς καὶ ὅσα ὧραι καλὰ φέρουσι χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν ἅπαντα τοῖς ξένοις παρέχων τρόπον τινὰ τὴν ἐπὶ Κρόνου μυθολογουμένην κοινωνίαν εἰς τὸν βίον αὖθις κατῆγεν. Οἱ δὲ ταῦτα κολακείαν ὄχλου καὶ δημαγωγίαν εἶναι διαβάλλοντες ὑπὸ τῆς ἄλλης ἐξηλέγχοντο τοῦ ἀνδρὸς προαιρέσεως ἀριστο- 45

το τοῖς πολιτευομένοις. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως, ἐπειδὴ ἐκεῖ ἐκάθηντο οἱ Πρυτάνεις, οἱ τῶν ὅλων πραγμάτων διοικηταί. Schol. ad Thucyd. II. 15. ubi cf. Poppo. „Penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur." Liv. 41, 20.

43. ἀποδείξας] Ἀποδεικνύναι h. l. *assignare*, *praebere* indicat, quod Suidas e Xenophonte notavit. Cf. Suidas in ἀπέδειξεν, Sturz. Lex. Xenoph. in v. 4. b. et Rost. et Palm. ad Passov. in v. — καρπῶν ἑτοίμων ἀπαρχὰς] *Frugum paratarum* (*maturarum*) *primitiae*, καὶ ὅσα ὧραι καλὰ φέρουσι, *et quae anni tempestates egregia ferunt* quodammodo differunt. Nam ὡραῖος proprie de fructibus tempestivis et suo tempore collectis dicitur, qui in mensis secundis crudi apponuntur pro anni et temporis ratione, ut docent Graevius Lect. Hesiod. II. & Sturz. Lex. Xenoph.; καρποὶ ἑτοῖμοι vero h. l. videntur esse fruges agrorum sive frumenta, quae certo quodam anni tempore maturescunt; καρποὶ enim sunt fructus omnis generis, etiam arborum, sed in primis *fructus satorum et fruges*. Cf. Sturz. Lex. Xen.

45. τοῖς ξένοις] Init. hujus cap. Noster καὶ τοῖς ξένοις καὶ τῶν πολιτῶν τοῖς δεομένοις dixerat; hoc autem loco *cives* non exclusit, sed memorare iterum noluit, quia modo scripserat: ὁ δὲ τὴν μὲν οἰκίαν τοῖς πολίταις πρυτανεῖον ἀποδείξας κοινὸν, quod, quum ad solos pertineret cives, alterum illud per antithesin jam ad hospites potissimum retulit.

46. τὴν ἐπὶ Κρόνου μυθολογουμένην κοινωνίαν] Hanc omnium rerum aurea sub rege Saturno aetate communionem egregie celebrant Tibull. I. 3. 35 seqq. & Ovid. Amor. III. 8. 35 seqq. Saturni autem aevum, μυθολογούμενον, *fabulis* sive *a poëtis celebratum*, saepius in comparationem affert Noster, Arist. 24: Ὡς γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν ἐπὶ Κρόνου βίον, οὕτως οἱ σύμμαχοι τὸν ἐπ' Ἀριστείδου φόρον, εὐποτμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζοντες ὕμνουν. — Quaest. Rom. 266, 41, τὸν μυθολογούμενον ἐπὶ Κρόνου βίον, *justissimum* et *veritatis maxime participem* vocat.

47. εἰς τὸν βίον αὖθις κατῆγεν] Communionem illam pristinam, tamquam exsulantem, *in vitam* (sc. hominum, i. e. inter homines,) *iterum revocavit* s. *reduxit*. De κατάγειν vide supra ad c. 1.

49. προαιρέσεως] Προαίρεσις in republica partes quasdam indicat, quas aliquis amplexus, constanter sequitur ac tuetur. cf. Per. 11.

κρατικῆς καὶ Λακωνικῆς οὔσης, ὃς γε καὶ Θεμιστο- 50
κλεῖ πέρα τοῦ δέοντος ἐπαίροντι τὴν δημοκρατίαν
ἀντέβαινε μετ' Ἀριστείδου καὶ πρὸς Ἐφιάλτην ὕστε-
ρον χάριτι τοῦ δήμου καταλύοντα τὴν ἐξ Ἀρείου
πάγου βουλὴν διηνέχθη, λημμάτων δὲ δημοσίων τοὺς

Paul. Aemil. 38. Brut. 29., ubi Voegelinus explicat per *voluntatem, consilium* in tractanda republica, idem esse dicens, quod αἵρεσιν, quod ad c. 22. vertit: *quae quis sibi sequenda sumit, praecepta*, *ratio* et *finis agendi* in re publica, *Maximen*, *Grundsätze*. Cum utroque Voegelinus ad Brut. 4. confert ὑπόθεσιν, quod factis est *fundamentum*, *sententia*, *consilia*, praecipue in rep. administranda, Atticis oratoribus usitatum. Προαίρεσις autem eadem significatione legitur apud Arist. Eth. Nic. I. 1. initio.

52. Ἐφιάλτην Plutarchus in Per. 10. δημαγωγὸν vocat, Periclis φίλον γενόμενον καὶ κοινωνὸν ὄντα τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ προαιρέσεως. C. 9. Pericles κατεστασίασε τὴν (ἐξ Ἀρείου πάγου) βουλὴν, ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλτου, Κίμωνα δ' ὡς φιλολάκωνα καὶ μισόδημον ἐξοστρακισθῆναι, πλούτῳ μὲν καὶ γένει μηδενὸς ἀπολειπόμενον, νίκας δὲ καλλίστας νενικηκότα τοὺς βαρβάρους κ. τ. λ. Aristot. Pol. II. 9. 3.: τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε καὶ Περικλῆς. Quod Ephialtis factum, quo senatus Areopagitici auctoritatem fregit et minuit dignitatem, in causa fuisse, cur minus honorifice de Ephialte multi sentirent, ad Per. 9. exposuit Sintenis, qui, ceteroquin in viri laude partim propter justitiam et integritatem, partim propter constantiam et liberalitatem cum Plutarcho consentire Heraclidem, Aelianum, Valerium Maximum, alios, disputatione, dignissima, quae de Ephialte consulatur, docet. p. 105. seq. De anno, quo Areopagus auctoritate sua privatus fuerit, idem disputat p. 107. Cf. etiam de Ephialte, K. F. Hermann. Griech. Staatsalterth. 109, 6.

54. διηνέχθη] Διαφέρεσθαί τινι sive πρός τινα, *dissentire*, *dissidere*, *litigare*; cf. Sturz. Lex. Xenoph. et Rost. et Palm. ad Passov. in v.

— λημμάτων] Vocem λῆμμα, *omne quod capitur*, in primis de *donis acceptis* usurpari, notavit Wytt. in Ind. Λήμματα igitur δημόσια sunt dona sive lucra, a populo sive ex aerario percepta; quibus quanta cum impudentia Aristidis et Cimonis tempore fere omnes se ditaverint, Noster in Arist. 4. docuit: „Aristides τῶν δημοσίων προσόδων αἱρεθεὶς ἐπιμελητὴς, οὐ μόνον τοὺς καθ' αὑτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ γενομένους ἄρχοντας ἀπεδείκνυε πολλὰ νενοσφισμένους καὶ μάλιστα τὸν Θεμιστοκλέα, *pecuniae publicae dispensator electus*, *non solum aequales suos*, *sed eos etiam*, *qui ante ipsum praefecti fuerant*, *arguebat multa furatos esse et maxime Themistoclem*. Ubi quae sequuntur de Aristidis simulata in fures istos indulgentia, ut furta eorum manifestaret, dignissima sunt, quae conferantur.

ἄλλους πλὴν Ἀριστείδου καὶ Ἐφιάλτου πάντας ἀ- 55
γαπιμπλαμένους ὁρῶν αὐτὸν ἀδέκαστον καὶ ἄθικτον
ἐν τῇ πολιτείᾳ δωροδοκίας καὶ πάντα προῖκα καὶ κα-
θαρῶς πράττοντα καὶ λέγοντα διὰ τέλους παρέσχε.
Λέγεται γέ τοι Ῥοισάκην τινὰ βάρβαρον ἀποστά-
την βασιλέως ἐλθεῖν μετὰ χρημάτων πολλῶν εἰς 60

55. ἀναπιπλαμένους A m. pr. 56. αὑτὸν] αὐτὸν δὲ A. 58. παρέσχεν B.

55. ἀναπιμπλαμένους] Ἀναπίμπλαμαι saepe quidem apud Nostrum in bonam partem, hic tamen malo sensu accipiendum est pro *contaminari*, *polluī*; quam vim in verbis *implendi* inesse apud Xenoph. Sturz. Lex., apud Platonem Ruhnk. ad Tim. p. 31., apud Plutarch. Wytt. in Indice, docent.

56. ἀδέκαστον, *incorruptum*. Vocis originem atque significationem egregie exposuit Sintenis ad Pericl. 9. „Pericles θεωρικοῖς καὶ δικαστικοῖς λήμμασιν ἄλλαις τε μισθοφοραῖς καὶ χορηγίαις συνδεκάσας τὸ πλῆθος ἐχρῆτο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς." Ex Hesych., Etymol. M., & Suida, Sintenis δεκάζειν idem esse docens, quod *corrumpere*: „Graeca vox, inquit, illustratur usu Romanorum vocabuli *decuriare*, i. e. in decurias conscribere, quod faciebant, qui tribuum largitione corrumpendarum causa coitiones faciebant, unde de sodalitiis rei: verba sunt J. A. Ernesti in clav. Ciceron., conf. eundem voc. centuriari. Plutarchi vid. Pomp. LIV. Moral. p. 822. A., inde δεκασμὸς, *ambitus* Mar. V. & Pomp. LV." Cf. Passovius in voce.

— ἄθικτον, *intactum* (*immunem*,) δωροδοκίας, *a largitione* sive *donis accipiendis*. Ita Num. 20. ἄθικτος πάσης κακίας, *ab omni pravitate*; Pericl. 13. ὑπὸ τοῦ χρόνου, *a tempore*, sive temporis vi; Pyrrho 3. ὑπὸ τοῦ πυρὸς, *ab igne*. Neque tantum cum genit. aut praepos. ὑπὸ, sed cum dativo etiam apud Plut. legitur, Pomp. 23. ἀξίωμα, ταῖς τῶν πολλῶν ἐντεύξεσι καὶ συνηθείαις ἄθικτον, *dignitas*, *a colloquiis et consuetudine cum plebe illibata*. Cf. de activa et passiva hujus adject. vi Baehr. ad Alcib. p. 95.; activam tamen vim dubiam esse statuunt Rost. et Palm. ad Passov. in v.

57. προῖκα, proprie accus. nominis προῖξ *donum*. Inde προῖκα, intellecta praep. κατὰ, eodem modo usurpatur quo δωρεὰν, *gratis*, ἄνευ μισθοῦ, *sine mercede*. Uti autem nostro loco Cimon προῖκα καὶ καθαρῶς (*pure*, *puris manibus*, *sine corruptione*, sive χημμάτων μὴ ἀναπιμπλάμενος,) πράττοντα καὶ λέγοντα πάντα αὐτὸν παρασχεῖν dicitur, ita Aristides c. 3. ἠγεῖτο χρῆναι τῇ πατρίδι παρέχειν ἑαυτὸν οὐ χρημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ δόξης προῖκα καὶ ἀμισθὶ πολιτευόμενον, ubi genitivis cum προῖκα et

Ἀθήναζε καὶ σπαραττόμενον ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν καταφυγεῖν πρὸς Κίμωνα καὶ θεῖναι παρὰ τὴν αὐλειον αὐτοῦ φιάλας δύο, τὴν μὲν ἀργυρείων ἐμπλησάμενον Δαρεικῶν, τὴν δὲ χρυσῶν· ἰδόντα δὲ τὸν Κίμωνα καὶ μειδιάσαντα πυθέσθαι τοῦ ἀνθρώπου, πότερον αἱρεῖται Κίμωνα μισθωτὸν ἢ φίλον ἔχειν· τοῦ δὲ φήσαντος φίλον· „Οὐκοῦν" φάναι „ταῦτ' ἄπιθι μετὰ σεαυτοῦ κομίζων· χρήσομαι γὰρ αὐτοῖς ὅταν δέωμαι φίλος γενόμενος." 65

XI. *Ἐπεὶ δ' οἱ σύμμαχοι τοὺς φόρους μὲν ἐτέ-*

61. ταραττόμενον C. 62. αὔλιον C. 63. ἀργυρίων C et m. pr. A. 64. τὸν] καὶ τὴν A et m. pr. B. 68. γὰρ] δὲ C. ὅτε Bc.

ἀμισθὶ positis accuratius definiri rem, cujus defectus his adverbiis indicetur, monens Jacobsius explicat, οὔτε χρημάτων οὔτε δόξης μισθὸν ἐκδεξάμενος.

61. σπαραττόμενον ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν, *quum vexaretur s. fatigaretur a calumniatoribus.* Eodem sensu Passovius affert λώβαις σπαράττειν τινὰ, *perdere aliquem omnibus modis.* Proprio *lacerandi, dilaniandi* sensu occurrit Anton. 78. τὰ στέρνα σπαράττειν ταῖς χερσί, et Pomp. 31. λείψανα πολέμων σπαράσσειν, *reliquias bellorum laniare.*

64. Δαρεικῶν] Daricus a Sturzio (Lex. Xen.) & Passovio (Lex.) nummus *aureus* Persicus dicitur, nomen habens a Dario, (a quonam Dario, docte exposuit Sturz.) et viginti Atticas drachmas valens, ita ut trecenti Darici aequiparārent talentum. Neuter tamen argenteos, qui h. l. dicuntur, memoravit Daricos; qua in re solitam diligentiam et Sturzii l. l., et Gronovii etiam in libro de Pecun. Veter. III, 7. desidero.

XI. 1. Ἐπεὶ δ' — ἐποίησε] Uti alias, sic hanc quoque, quamvis longam, sententiam, male tamen in minora membra dissecuisse Reiskium, ex iis patebit, quae de longiorum hujusmodi periodorum usu, Plutarcho in primis proprio, ad c. 2. initium diximus. Locus noster ita vertendus: „Postquam autem socii tributa quidem solvebant, viros contra et naves, ut jussi erant, non praebebant, sed alieni jam ab expeditionibus, et belli nequaquam cupidi, agros contra colere et tranquille vivere cupientes, digressis barbaris neque quidquam negotii facessentibus, neque naves implebant neque viros mittebant, reliqui quidem Atheniensium praetores cogebant eos haec facere, et eos qui negligerent poenis persequentes et coërcentes, molestum imperium suum atque triste faciebant, Cimon vero contrariam viam in im-

λουν, ἄνδρας δὲ καὶ ναῦς ὡς ἐτάχθησαν οὐ παρεῖχον, ἀλλ' ἀπαγορεύοντες ἤδη πρὸς τὰς στρατείας καὶ

XI. 2. ὡς] cf. annot. nostr.

perio secutus, vim nulli Graecorum adhibebat, sed pecunias accipiens ab iis, qui nollent militare, et naves vacuas, illos sinebat otio delinitos rebus domesticis occupari, agricultores et negotiatores imbelles ex bellatoribus per mollitiem et vecordiam evadentes; Atheniensium contra sigillatim multos in naves imponens, et expeditionibus exercens, exiguo tempore stipendiis sociorum atque pecuniis dominos eos ipsorum eorum, qui ea darent, reddidit."

2. ὡς. κ. τ. λ.] Hoc loco Plut. significasse videtur, socios *et* tributa solvere *et* naves praebere debuisse. Thuc. contra I. 96.: παραλαβόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐκόντων τῶν συμμάχων διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος, ἔταξαν ἃς τε ἔδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον καὶ ἃς ναῦς· πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνασθαι ὧν ἔπαθον, δηοῦντες τὴν βασιλέως χώραν, κ. τ. λ. Errasse igitur Noster videtur C. Fr. Hermanno, de antiq. Graec. p. 303., quoniam sic dicta essent, tamquam utrumque, et pecuniam solvere et praestare naves, non alterum utrum, imperatum esset sociis. „Sed vide, Sintenis (ad Pericl. 12, p. 128.) inquit, ne labantem scriptoris fidem sic possim sustentare, ut generalem τῶν συμμάχων commemorationem ita fecerit, ut partitionem facere eorum, quibus sola imperata esset pecunia, eorumque, quibus naves ac milites essent imperati, lectoribus reliquerit. Quo modo si non satis defensus fuerit scriptor, tum sane exigua scripturae mutatione tota res poterit confici: sciliqet corrigo οἷς ἐτάχθησαν. Neque enim credibile est Plutarchum ejus rei ita ignarum fuisse, ut nescierit, iis, qui pecuniam solverint, neque naves neque milites fuisse imperatos, qui de iis, qui pecuniam pendebant (Paricl. 12.) scripserit: αὐτῶν-οὐχ ἵππον, οὐ ναῦν, οὐχ ὁπλίτην, ἀλλὰ χρήματα μόνον τελούντων." Quarum rationem illa mihi placet; quum enim partitio facilis sit, mutatio non necessaria videtur; sed, utramvis eligas, priora verba οἱ σύμμαχοι τοὺς φόρους μὲν ἐτέλουν ad eos socios pertinere putem, quibus sola imperata esset pecunia; quae sequuntur autem omnia, ad illos, quibus naves ac milites essent imperati. Hi vero, *quum neque naves ornarent sive imploreut, neque viros mitterent*, a reliquis Atheniensium ducibus haec facere cogebantur; Cimon contra ab iis, qui nollent militare, virorum loco pecunias navesque vacuas accipiebat; quod confirmatur loco Thuc. supra laudato: διὰ γὰρ τὴν ἀποκνησιν ταύτην τῶν στρατειῶν οἱ πλείους αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀπ' οἴκου ὦσι, χρήματα ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἐκνούμενον ἀνάλωμα φέρειν, κ. τ. λ. De Atheniensium ἡγεμονίᾳ, et tributorum exigendorum ratione omnino vid. Boeckh. Staatshaushalt. der Athener, I. 427. seqq.

3. ἀπαγορεύοντες - πρὸς τὰς

πολέμου μὲν οὐδὲν δεόμενοι, γεωργεῖν δὲ καὶ ζῆν καθ' ἡσυχίαν ἐπιθυμοῦντες, ἀπηλλαγμένων τῶν βαρβάρων καὶ μὴ διοχλούντων, οὔτε τὰς ναῦς ἐπλήρουν οὔτ' ἄνδρας ἀπέστελλον, οἱ μὲν ἄλλοι στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων προσηνάγκαζον αὐτοὺς ταῦτα ποιεῖν καὶ τοὺς ἐλλείποντας ὑπάγοντες δίκαις καὶ κολάζοντες ἐπαχθῆ τὴν ἀρχὴν καὶ λυπηρὰν ἐποίουν, Κίμων δὲ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν ἐν τῇ στρατηγίᾳ πορευόμενος βίαν μὲν οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων προσῆγε, χρήματα δὲ λαμβάνων παρὰ τῶν οὐ βουλομένων στρατεύεσθαι καὶ ναῦς κενὰς ἐκείνους εἶα δελεαζομένους τῇ σχολῇ περὶ τὰ οἰκεῖα διατρίβειν, γεωργοὺς καὶ χρηματιστὰς ἀπολέμους ἐκ πολεμικῶν ὑπὸ τρυφῆς καὶ ἀνοίας γινομένους, τῶν δ' Ἀθηναίων ἀνὰ μέρος πολλοὺς

στρατείας] Ἀπαγορεύειν πρός τι *deficiendi*, *recusandi*, *renuntiandi* sensu frequens est Plutarcho. Idem de verbo ἀπειπεῖν docuit Baehr. ad Flam. 5. p. 91. et ad Pyrrh. 18. p. 197., ubi vide exempla utriusque verbi congesta. Eandem quoque vim et ἀπαυδᾶν habet Dion. 30. (cf. Schoemann. ad Cleom. 30. p. 261.) et ἀπερεῖν Tim. 13., ubi vid. Held. Similem apud Platonem horum verborum usum loci, in Lex. Plat. ab Astio ad singula verba collati, probant. Cf. Sturz. Lex. Xen. et Rost. et Palm. ad Pass. in v.

6. μὴ διοχλούντων] Dubitanter Sintenis ad Per. 12. p. 129. legendum proponit μηδὲν ὀχλούντων, collato tamen Cimon. 18., ubi διοχλεῖν quoque Noster scripsit. Διοχλεῖν, cum dat. (infra c. 18) & cum acc. (Demetr. 19) *solicituro*, *perturbare*, *negotia facessere* minus frequens est Nostro, quam ἐνοχλεῖν, quod, idem fere valens, quoties apud Nostrum legatur, indicavit Wyttenb. in Ind.

9. ὑπάγοντες] Τὰ πάγειν τινὰ, h. l. & Lysand. in fine cum dat. δίκῃ, in compar. Cimon. cum Lucullo, εἰς δίκην, *subjicio*, *submitto poenae*, *poenâ afficio* sive *persequor*.

14. δελεαζομένους] Δελεάζω τινὰ, quod semel tantum, idque proprie de animalibus, et apud Herod. II. 70. et apud Xenoph. Mem. II. 1. 4. invenitur, Nostro frequentissimum est, metaphorice, veluti *esca*, δελέατι, aliquem *capio*, *delinio*, significans. Cf. Rost. et Palm. ad Pass. in v.

17. ἀνὰ μέρος, pro quo saepius apud Nostrum ἐν μέρει, est *vicissim*, *sigillatim*, *partim*. Cf. Viger. de Idiot. ed. Herm. p. 575. & Wyttenb. in Ind. Hoc igitur loco indicat, *non multos Athenienses uno tempore*, *sed sigilla-*

ἐμβιβάζων καὶ διαπονῶν ταῖς στρατείαις ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοῖς παρὰ τῶν συμμάχων μισθοῖς καὶ χρήμασι δεσπότας αὐτῶν τῶν διδόντων ἐποίησε. Πλέοντας γὰρ αὐτοὺς συνεχῶς καὶ διὰ χειρὸς ἔχοντας ἀεὶ τὰ ὅπλα καὶ τρεφομένους καὶ ἀσκοῦντας ἐκ τῆς αὐτῶν ἀστρατείας ἐθισθέντες φοβεῖσθαι καὶ κολακεύειν ἔλαθον ἀντὶ συμμάχων ὑποτελεῖς καὶ δοῦλοι γεγονότες.

23. ἀστρατείας Reiskius et Toupius ann. mscr. in Suidam s. v.: libri στρατείας.

tim paucos in naves fuisse impositos.

18. ἐμβιβάζων, sc. εἰς τὰς ναῦς, quod saepe a Plut. additur, omittitur tamen etiam in libello ad Princip. indoct. 781. D.

23. ἀστρατείας] Felicissime ita στρατείας, quod sensum turbat, Reiskius emendasse dicitur a Wassenb. & Bosscha, ad Belg. vers. Reiskium Sintenis quoque secutus est. Eandem emendationem jure etiam proposuit Wytt. ad Agesil. 26. (in Ind.) Invenitur enim ἀστρατεία, *militiae vacatio*, in Gryllo 987. C. et 988. A. Pro ἀστρατείᾳ autem, quam vocem Aristoph. et Plato saepius usurpant, Herod. Xenoph. & Thucyd. habent λειποστρατίαν, *militiae detrectationem*.

24. ὑποτελεῖς, *tributarii*, *vectigales*, *stipendiarii*. Vulgo additur φόρου, uti Thuc. I. 56. VII. 57.; in Plut. Pyrrh. 23. φόροις, ubi Cod. Paris. C. φόρων, Palatin. φόρους. in Artax. 21. est φόρου. Vid. Baehr. ad Pyrrh. p. 216. Apud Thuc. V. 111. etiam nude ponitur: ubi vide interprr. Nostro autem loco ὑποτελεῖς, quum et opponatur συμμάχοις, et adjunctum sibi habeat δοῦλοι, abjectum illum sociorum statum indicat, qui Athenienses tamquam dominos vereri, ab eorum arbitrio pendere, tributaque, ab iis pro lubitu definita, solvere deberent.

— δοῦλοι γεγονότες] Servitutis, quam socii sensim sensimque sponte subierunt, eandem refert causam Thuc. I. 99.: Αἰτίαι δὲ ἄλλαι τε ἦσαν τῶν ἀποστάσεων, καὶ μέγισται, αἱ τῶν φόρων καὶ νεῶν ἔκδειαι, καὶ λειποστράτιον, εἴ τῳ ἐγένετο. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι-οὔτε ξυνεστράτευον ἀπὸ τοῦ ἴσου, ῥᾴδιόν τε προσάγεσθαι ἦν αὐτοῖς τοὺς ἀφισταμένους. ὧν αὐτοὶ αἴτιοι ἐγένοντο οἱ ξύμμαχοι· διὰ γὰρ τὴν ἀπόκνησιν ταύτην τῶν στρατειῶν οἱ πλείους αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀπ' οἴκου ὦσι, χρήματα ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἐκνούμενον ἀνάλωμα φέρειν· καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις ηὔξετο τὸ ναυτικὸν ἀπὸ τῆς δαπάνης, ἣν ἐκεῖνοι ξυμφέροιεν, αὐτοὶ δὲ, ὁπότε ἀποσταῖεν, ἀπαράσκευοι καὶ ἄπειροι ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο. Ad quem l. vid. Popp.

XII. *Καὶ μὴν αὐτοῦ γε τοῦ μεγάλου βασιλέως οὐδεὶς ἐταπείνωσε καὶ συνέστειλε τὸ φρόνημα μᾶλλον ἢ Κίμων. Οὐ γὰρ ἀνῆκεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπηλλαγμένον, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ ποδὸς διώκων, πρὶν διαπνεῦσαι καὶ στῆναι τοὺς βαρβάρους, τὰ μὲν ἐπόρθει καὶ*

XII. 1. *βασιλέως τοῦ μεγάλου* C.

XII. 2. *συνέστειλε τὸ φρόνημα, compescuit, coërcuit animos, s. spiritus* (fastum). Nam *συστέλλειν*, quod proprie dici videtur de velis, quae nauta contrahit, a Xenoph. de Vectigal. 4, 3. (apud quem semel legitur), opponitur *τῷ ἐκτείνειν*; a Nostro, cui frequentissimum est, in primis de arrogantia, superbia, potestate *infringenda* sive *imminuenda* usurpatur. Ita in fine compar. Cimon. cum Lucullo; Timol. 9. *Διονύσιος εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὴν καλουμένην Νῆσον συνεστάλμένος.* Alc. 6. *Ὁ Σωκράτης τὸν Ἀλκιβιάδην, — πιέζων τῷ λόγῳ καὶ συστέλλων, ταπεινὸν ἐποίει.* Pelop. 29. *Ὁ Ἐπαμεινώνδας συνέστελλε τὸν τύραννον* (Alexandrum); Pelop. 30. *Ὁ Πελοπίδας συστείλας ὑπὸ Ταΰγετον* (ita pro *τὸν Γέταν* legit Sint.) *καὶ τὸν Εὐρώταν τὴν Σπάρτην.* Cf. Cimon. 15. init. Eodem modo Cic. ad Q. fr. I. Ep. 1. 4. Ne *contrahas* ac *demittas* animum.

3. *οὐκ ἀνῆκεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπηλλαγμένον*] Jacobs. explicat *ἐκβεβλημένον τῆς Ἑλλάδος*: ita loci sententia erit: „non dimisit eum Graecia ejectum." Reiskius habet: „Neque enim fugatum ex Graecia dimisit." Ut autem in verbo *ἀπαλλάττεσθαι libere discedendi* vis insit, vertere malim: „non ita dimisit eum, ut libere e Graecia fugerit;" sive: „non dimisit eum ut aliquem, qui libere discesserit e Graecia." Ita enim quae sequuntur *ἀλλ' ὥσπερ κ. τ. λ.*, quibus opponantur, habent.

4. *ἀλλ' ὥσπερ ἐκ ποδὸς διώκων*] Additum est *ὥσπερ*, quia comparatio ducta est a duobus hominibus, quorum alter alterum ita persequitur, ut respirare et se colligere nequeat. *Ἐκ ποδός*, *e vestigio*, (*op den voet*,) adjungitur etiam verbo *ἐπιδιώκειν* de Sera Num. Vind. 551. c., ubi Wytt. confert Dionys. Hal. Ant. Rom. II. p. 101. & III. p. 156. & Joseph. Ant. Jud. VII. p. 212. F. *Ἐκ ποδὸς διώκειν* pariter invenitur in Crass. 9. Pro *ἐκ ποδὸς* a Xenoph. *κατὰ πόδας* usurpari, monuit Stürz. Lex. Xen.

4. *διαπνεῦσαι*] *Διαπνέω* proprie est *perflo*, *transpiro*, ut in Plut. Quaest. Nat. 917. D. Xen. Symp. 2, 25. Hic autem pro *ἀναπνέω*, quod solenne est de eo, qui *se recreat*, sive *colligit*, et *animam* quasi *reficit* s. *respirat*, (*tot verademing komen*). *Διαπνέω* igitur cum Passov. (in Lex.) explicandum per, *interim spirare*, *ἐν τῷ μεταξὺ πνέω*, indeque *respirare*.

5. *τὰ μὲν ἐπόρθει καὶ κατεστρέφετο, τὰ δὲ ἀφίστη καὶ προσήγετο, alias* (Persicae ditio-

κατεστρέφετο, τὰ δὲ ἀφίστη καὶ προσήγετο τοῖς Ἕλλησιν, ὥστε τὴν ἀπ' Ἰωνίας Ἀσίαν ἄχρι Παμφυλίας παντάπασι Περσικῶν ὅπλων ἐρημῶσαι. Πυθόμενος δὲ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς μεγάλῳ στρατῷ καὶ
486 ναυσὶ πολλαῖς ἐφεδρεύειν περὶ Παμφυλίαν καὶ βου- 10
λόμενος αὐτοῖς ἄπλουν καὶ ἀνέμβατον ὅλως ὑπὸ φόβου τὴν ἐντὸς Χελιδονίων ποιήσασθαι θάλατταν ὥρμησεν ἄρας ἀπὸ Κνίδου καὶ Τριοπίου διακοσίαις

6. κατεστρέφετο Stephanus cum A m. sec.: κατέστρεφε ceteri. 7. Ἰονίας Stephaniana. 8. ἐρημόσαι V. 13. διακοσίαις A, τριακοσίαις C, , dubia optio, v. Diod. 11. 60.' Sint.

nis partes) *vastabat & subigebat, alias abalienabat et conciliabat Graecis;* illas sc. per vim et manus subjiciens, has non hostiliter, sed amice agendo, v. c. per internuntios aliisque rationibus adjungebat Graecis.

7. ἀπ' Ἰωνίας Ἀσίαν ἄχρι Παμφυλίας, *Asiam*, a *Jonia*, s. occidentali et maritima Asiae minoris parte, *ad Pamphyliam usque*, australem regionem; i. e. maximam regionum partem, quae in Asia minore mari adjacebant. Cf. Jacobs. ad h. l. De Ioniae *duodecim civitatibus* vid. Stephan. de Urb. & Pop. p. 341. De *Pamphylia* idem et Pomp. Mela I, 14. Asiam autem minorem κατ' ἐξοχὴν *Asiam* dici consuevisse, uti aliunde, ita praesertim ex Nepot. Them. 10. patet, ubi Themistocles e Perside *in Asiam rediisse* dicitur."

11. ἄπλουν καὶ ἀνέμβατον θάλατταν] Prius indicat *mare*, quod Persarum navibus sine damno intrari non posset; ἀνέμβατον autem (quod alibi quoque apud Nostrum *sacrum, religiosum* notat, uti Pyrrh. 29. τὰ βαλλόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀνέμβατα μένει χωρία, *loca de coelo icta, inaccessa manent.* cf. Baebr. ad h. l. p. 233,) mare significat, ad quod accedere religio sive nefas erat; h. igitur l., quod intrare Persae horrerent.

12. ἐντὸς Χελιδονίων] De Chelidoniis insulis, prope Lyciam ad extremam Pamphyliae oram sitis, quae infra quoque c. 13. bis memorantur, vid. Steph. de Urb. et Popul. in voce.

13. ἄρας] Αἴρω, *proficiscor*, proprie *tollo*, Nostro frequentissimum est, nomine τὰς ἀγκύρας modo intellecto, uti Them. 11., ubi vid. Jacobs., modo addito, uti Pomp. 80. Uti autem de maritimo, ita de pedestri quoque itinere usurpatur, ut Poplic. 22. ἄραντες στρατῷ μεγάλῳ, *magno agmine profecti*, ubi intelligе τὰ σκεύη, *impedimenta*. Cf. Camill. 40. Vid. Wytt. in Ind. Apud Thucyd. I. 52. legitur τὰς ναῦς ἄραντες; IV. 129. ταῖς ναυσὶ

τριήρεσι, πρὸς μὲν τάχος ἀπ' ἀρχῆς καὶ περιαγωγὴν ὑπὸ Θεμιστοκλέους ἄριστα κατεσκευασμέναις, ἐκεῖνος δὲ τότε καὶ πλατυτέρας ἐποίησεν αὐτὰς καὶ διά-

sed II. 23. & VII. 26. nude ponitur *αἴρειν*, ubi Schol. supplent *τὰ ἱστία* vel *τὰς ἀγκύρας*. Xenophon, his dictionibus non usus, semel tantum habet *αἴρεσθαι τὸν ἱστὸν*, *tollere malum navis*, Hell. VI. 2, 17. Herodotus VIII. 56 et 94. scripsit, *ἀείρεσθαι τὰ ἱστία*, *vela tollere*, sed I. 26. *ἀείρεσθαι* nude posuit (ex conj. Schweighaeus.); uti *ἀερθῆναι* etiam legitur I. 165 & 170. et IX. 52. Vid. Schweigh. in Lex. in voce. Comparari universe possit Latinorum *solvere*, quod nude quoque ponitur pro *solvere ancoras*, *solvere vela*.

13. *ἀπὸ Κνίδου καὶ Τριοπίου*] Poppo ad Thucyd. Prol. I. II. 470. de Doricis in Caria urbibus agens: „Ad alterum latus sinus Ceramici *Cnidus* urbs, quae vigesimo belli Peloponnesiaci anno ad Lacedaemonios defecit, et quamquam non munita, ab Atheniensibus recipi non potuit, Thuc. VIII. 35. Promontorium ibi *Triopium*, (Τριόπιον ἄκρα τῆς Κνιδίας προὔχουσα, Ἀπόλλωνος ἱερόν VIII. 35) ubi finis Doridis in continente." Cff. scriptores, a Poppone in nota 54 et 55 ad h. l. et ad VIII. 35. p. 688 citati, in primis Steph. de Urb. et Pop. in Τριόπιον.

14. *τριήρεσι-ἐποίησεν αὐτὰς*, *triremibus, ad celeritatem quidem ab initio inde et ad motum a Themistocle optime constructis* (comparatis), *ille vero tunc et ampliores illas fecit*. Variata constructio, qua participium in verbum finitum transit; nam exspectaveris pro *ἐκεῖνος δὲ κ. τ. λ.* *ὑπ' ἐκείνου δὲ τότε καὶ πλατυτέραις ποιηθείσαις*; quam tamen strictam concinnamque singula membra sibi invicem opponendi rationem ne Noster h. l. sequeretur, fortasse ideo factum est, quod addenda sibi proponebat, *καὶ διάβασιν τοῖς καταστρώμασιν ἔδωκεν*. Variatae ejusmodi constructionis exempla e Thuc. attulit Poppo Prol. I. 273. Cf. Kühner §. 675, 2 et 4. §. 727, A 4. et §. 733, 2. Schoemann. ad Cleom. 34, p. 269. et Kraner. ad Phoc. 18. p. 45.

16. *πλατυτέρας ἐποίησε.*] In Them. 14. causam victoriae ad Salaminem reportatae partim e navium graecarum structura Noster repetit, quod vehemens ventus fluctusque *τὰς μὲν Ἑλληνικὰς οὐκ ἔβλαπτε ναῦς ἀλιτενεῖς οὔσας καὶ ταπεινοτέρας, τὰς δὲ βαρβαρικὰς ταῖς τε πρύμναις ἀνεστώσας καὶ τοῖς καταστρώμασιν ὑψορόφους καὶ βαρείας ἐπιφερομένας ἔσφαλλε προσπίπτον*, κ. τ. λ. ubi docte Bryani conjecturam, pro *ἀτενεῖς* legentis *ἀλιτενεῖς*, Sintenis probat, afferens etiam Athenaeum V. p. 204. E. *navis κάτωθεν ἀλιτενὴς καὶ πλατεῖα*, *inferne depressa ac lata*; (quamquam ab acutissimo viro ibi non notatam fuisse miror Herodoti et Plutarchi repugnantiam, quorum ille Graecorum naves *βαρυτέρας*, hic Persarum *βαρείας* vocat. Apud Herod. *βαθυτέρας* vel *πλατυτέρας* legendum censeo); unde patet *ἀλιτενὴς* et *πλατὺς* de navibus *latis amplisque* pariter fere usurpari. In celeberrima igitur illa ad Salaminem pugna quum ad repor-

βασιν τοῖς καταστρώμασιν ἔδωκεν, ὡς ἂν ὑπὸ πολλῶν ὁπλιτῶν μαχιμώτεραι προσφέροιντο τοῖς πολεμίοις. Ἐπιπλεύσας δὲ τῇ πόλει τῶν Φασηλιτῶν, Ἑλλήνων μὲν ὄντων, οὐ δεχομένων δὲ τὸν στόλον οὐδὲ βουλομένων ἀφίστασθαι βασιλέως, τήν τε χώραν κακῶς ἐποίει καὶ προσέβαλλε τοῖς τείχεσιν. Οἱ

17. πολλῶν [A] CBc. τῶν πολλῶν vulg. 22. προσέβαλλε A: προσέβαλε vulg.

tandam victoriam haec in primis navium forma multum contulisse videretur, non mirum, si Cimon *ampliores* etiam triremes fecerit. Quod autem Noster adjungit, διέβασιν τοῖς καταστρώμασιν ἔδωκεν, *transitum tabulatis* (Reisk. *pontem foris*) *addidit*, vero similiter *transitum* sive *pontem* indicavit, quo *tabulata*, quae ad utramque navis marginem sive in utroque navis latere erant, jungerentur. Nam Vossius de Trirem. et Liburn. construct. haec habet, p. 116: „Quod autem catastroma, συνίδωμα seu tabulatum attinet, id non una eademque semper accipitur ratione. Illud quidem constat, transtris incubuisse tabulatum. Verum istud tabulatum non tota occupabat transtra, sed media pars patebat, quam propterea ἀσάνιδον vocatam fuisse testatur Pollux, licet inepte vulgo legatur ἀσάνδιον. Idem quoque docet Demetrius Cubicularius: τὸ δὲ μέσον τῆς πρύμνης καὶ νεὼς μέχρι τῆς πρώρας ἀσάνιδον· τὰ δὲ ἑκατέρωθεν τῶν τοίχων κατάστηγα, κατάστρωμα λέγεται καὶ θράνος καὶ συνιδώματα." Operae vero pretium fuisse, ut numerus *epibatarum*, sive militum maritimorum (de quibus vid. Boeckh: Att. Staatshaush. I. p. 303. sqq.) augeri posset; locus Nostri e Them. supra jam allatus docet, ubi ἑκάστη ναῦς τοὺς ἀπὸ τοῦ κατασστρώματος μαχομένους ὀκτωκαίδεκα ἔχειν dicitur, ὧν τοξόται τέσσαρες ἦσαν, οἱ λοιποὶ δ' ὁπλῖται. numerus profecto satis exiguus, quem qui augeret, optime de re nautica Atheniensium meruisse dicatur! — Ceterum monendum superest, διάβασιν omnibus, quos Wyttenb. in Ind. ex Plut. affert, locis, indicare *pontem* sive *trajectum* fluminis.

19. τῶν Φασηλιτῶν] Urbs *Phaselis* in confinio Lyciae et Pamphyliae sita fuisse dicitur Liv. 37. 23. Tres portus habuisse hanc urbem, Strabo memorat l. 14. p. 982. Per hanc Athenienses initio belli Pelop. cum Phoenicia mercaturam fecisse, quam tamen navigationem infestatam esse a praedonibus Peloponnesiis, e Thucyd. II. 69. docet Poppo Prol. II. p. 485. Urbem Graecam esse, Noster testatur. Doricis urbibus adnumerat Herodot. II. 178.

21. τήν τε χώραν κακῶς ἐποίει, *et terram vastabat*; nam κακῶς ποιεῖν τινὰ, *male facere cui*, vulgo invenitur, velut in Apophth. 198. E. et 218. A., subinde tamen τι, *laedere, corrumpere quid*, inde χώραν, *terram hostium depopulari, vastare.*

δὲ Χῖοι συμπλέοντες αὐτῷ, πρὸς δὲ τοὺς Φασηλίτας ἐκ παλαιοῦ φιλικῶς ἔχοντες, ἅμα μὲν τὸν Κίμωνα κατεπράϋνον, ἅμα δὲ τοξεύοντες ὑπὲρ τὰ τείχη βιβλίδια προσκείμενα τοῖς ὀϊστοῖς ἐξήγγελλον τοῖς Φασηλίταις. Τέλος δὲ διήλλαξεν αὐτοὺς, ὅπως δέκα τάλαντα δόντες ἀκολουθῶσι καὶ συστρατεύωσιν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Ἔφορος μὲν οὖν Τιθραύστην φησὶ τῶν βασιλικῶν νεῶν ἄρχειν καὶ τοῦ πεζοῦ Φερενδάτην, Καλλισθένης δ' Ἀριομάνδην τὸν Γωβρύου κυριώτατον ὄντα τῆς δυνάμεως παρὰ τὸν Εὐρυμέδοντα ταῖς ναυσὶ παρορμεῖν οὐκ ὄντα μάχεσθαι τοῖς Ἕλλησι πρόθυμον, ἀλλὰ προσδεχόμενον ὀγδοήκοντα ναῦς Φοινίσσας ἀπὸ Κύπρου πρασπλεούσας.

30. Φερενδᾶτιν C. 31. ἀρυομάνδην C.

26. ἐξήγγελλον] Ἐξαγγέλλειν, vulgo τι, *nuntiare quid*, h. l. per se ponitur, pro *nuntiorum munere fungebantur*, sive *nuntii erant*.

29. Ἔφορος] De Ephoro vid. prooem. nostr. p. 24.

— Τιθραύστην] De Tithrauste, regis Εἰσαγγελεῖ s. Ἀζαραπάτῃ, Meier Marx. Ephor. Cum. fragm. p. 224. conferri jubet *Larcher.* ad Ctesiae Persica, T. VI. p. 239.

31. Καλλισθένης]. Vid. quae de Callisthene disputantur in procem. p. 28.

— κυριώτατον ὄντα τῆς δυνάμεως, *summa potestate praeditum*, sive *summum copiarum ducem*, superlativi, apud Nostrum frequentissimi, exempla affert Wytt. in Ind. cf. de vi vocis Sturz. in Lex. Xen.

32. τὸν Εὐρυμέδοντα, Pamphyliae flumen, e Tauro originem habens; ad quod celebrem illam a Cimone reportatam esse victoriam ad unum omnes historici tradunt, excepto Nepote Cim. 2. 2.; „qui, recordatus, (ait Rinck. in Proleg. ad Aemil. Prob. p. 86. edit. Roth.) Persas ad *Myoalen* quoque et ad Plataeas uno die terra marique fugatos esse, ut ad Eurymedontem, ea de causa utrumque proelium confudit, licet illud decennio prius duce Leotychide Spartano absente Cimone commissum sit, ut bene monuit Franckensteinius." Quod tamen Rinckii judicium vide ne durius sit, potiorque sententia doct. viri Hisely, in Disquis. Crit. de font. et auct. Corn. Nepotis, p. 37. vocem *Mycalen* c. 2. in *Eurymedonta* mutandam esse, monentis. Victoria ipsa reportata esse dicitur Clinton. Fast. Hellen. a. a. C. 466. cf. idem p. 254. Plerique tamen cum Dodwello eam ad a. 469 referunt, quam sententiam, a Kruegero ad Clint. Fast. com-

Ταύτας φθῆναι βουλόμενος ὁ Κίμων ἀνήχθη βιάζεσθαι παρεσκευασμένος, ἂν ἑκόντες μὴ ναυμαχῶσιν. Οἱ δὲ πρῶτον μέν, ὡς μὴ βιασθεῖεν, εἰς τὸν ποταμὸν εἰσωρμίσαντο, προσφερόμενον δὲ τῶν Ἀθηναίων ἀντεξέπλευσαν, ὡς ἱστορεῖ Φανόδημος, ἑξακοσίαις ναυσὶν, ὡς δ' Ἔφορος, πεντήκοντα καὶ τριακοσίαις. Ἔργον δὲ κατὰ γοῦν τὴν θάλατταν οὐδὲν ὑπ' αὐτῶν ἐπράχθη τῆς δυνάμεως ἄξιον, ἀλλ' εὐθὺς εἰς τὴν γῆν ἀποστρέφοντες ἐξέπιπτον οἱ πρῶ-

36. φθῆναι a et ex rasura A: λειφθῆναι i, ληφθῆναι ceteri.

mendatam, docte quoque firmavit Lucas l. l. p. 38. Cf. Rospattius in Symbolis chronol., programmati gymnasii Monaster. Eifl. a. 1841 insertis, p. 4. et Kruegerus stud. historicophil. p. 51. seq.

39. εἰσωρμίσαντο] Supra dicebatur Ariomandes ad Eurymedonta παρορμεῖν, *in statione cum navibus esse;* jam vero Persae, videntes Atheniensium classem appropinquantem, ὡς μὴ βιασθεῖεν, *ut ne vim paterentur s. per vim ad pugnandum cogerentur*, εἰς τὸν ποταμὸν εἰσωρμίσαντο, *in flumen ad stationem* (quaerendam) *provecti sunt.*

40. Φανόδημος] De Phanodemo cf. prooem. p. 30.

42. κατὰ γοῦν τὴν θάλατταν, *mari saltem*, nam, seq. cap. terra Persae οὐκ ἀγεννῶς δέξασθαι Graecos dicuntur. Γοῦν (ex γὲ & οὖν contractum,) prouti γὲ, illi fere vocabulo adjungitur, cujus vim auget.

— Ἔργον οὐδὲν ὑπ' αὐτῶν ἐπράχθη τῆς δυνάμεως ἄξιον, *Res nulla ab iis gesta fuit, tantis copiis digna.* — Ita Phoc. 14. ὁ Χάρης πλεύσας οὐδὲν ἄξιον τῆς δυνάμεως ἔπραττεν. Cf. Jacobs. ad h. l.

44. ἐξέπιπτον οἱ πρῶτοι, *effugerunt, ruerunt, s. evaserunt, primi.* Jacobs. ad hunc locum illustrandum duos affert a Cleom. locos, unum e c. 20. ubi ἐκπίπτειν, Schoemann. jure explicat, *conatu excidere, non obtinere, quod susceperis*, ut subaudiatur τοῦ ἐπιχειρήματος, aut etiam *loco pelli* (de qua verbi vi vid. Wytt. in Ind.); alterum, nostro loco magis convenientem, e c. 24., ubi ἐκπίπτειν, *evadere, effugere* ex urbe valet. Aptissima tamen nostro loco sunt, quae Jacobs. e Thuc. VII. 71. affert: Τότε δὴ ὁ μὲν ναυτικὸς στρατὸς, ἄλλος ἄλλῃ, ὅσοι μὴ μετέωροι ἐάλωσαν, κατενεχθέντες ἐξέπεσον ἐς τὸ στρατόπεδον. ad q. l. Poppo: » Non recte Jacobs: *ruerunt fugientes.* Κατενεχθ., ut saepissime, est *in terram delati.* Ἐξέπεσον Bloomf. „ vocem praegnantem" esse putat significantem *eos naves in litus ejecisse et effugisse in castra.* Sed illa vis in κατενεχθ. inest; ἐξέπεσον

τοι καὶ κατέφευγον εἰς τὸ πεζὸν ἐγγὺς παρατεταγ- 45
μένον, οἱ δὲ καταλαμβανόμενοι διεφθείροντο μετὰ
τῶν νεῶν. Ὅτι καὶ δῆλόν ἐστιν, ὅτι πάμπολλαί τινες
αἱ πεπληρωμέναι τοῖς βαρβάροις νῆες ἦσαν, ὅτε πολ-
λῶν μὲν, ὡς εἰκός, ἐκφυγουσῶν, πολλῶν δὲ συντριβει
σῶν, ὅμως διακοσίας αἰχμαλώτους ἔλαβον οἱ Ἀθηναῖοι. 50

XIII. Τῶν δὲ πεζῶν ἐπικαταβάντων πρὸς τὴν

50. αἰχμαλώτους διακοσίας C: αἰχμαλώτους διακοσίους A, διακοσίας (διακοσίους Bc i a) αἰχμαλώτους vulg. οἱ om. Bc.

valet, *ex* (*navibus*) *ruerunt* sive *effugerunt*." Hanc *ruendi s. effugiendi* vim, neque a Wytt. in Ind. neque a Passov. in Lex. allatam, in lat. *excidere* apud Virg. Georg. IV. 410. *vinclis excidet*, quoque inesse, jure docet Heynius, addens; » elabetur, effugiet, ut ἐκπίπτειν." Ceterum de variis verbi ἐκπίπτειν significationibus vid. Wytt. in Ind.; Schoemann. ad Ag. et Cleom. p. 96. 235. 239. 266 et 274.; Baehr. ad Pyrrh. p. 183; Sintenis ad Them. p. 40. 117 et 147. et Poppo ad Thuc. II. 92. p. 441 et 927. et VIII. 34. Convenire quoque cum verbo ἐκπίπτειν τινὸς, v. c. ὑπατείας, lat. *excidere re*, *repulsam ferre* (in magistratu petendo), et Kraner. ad Phoc. 3. p. 8., et Gesner. in Thes. Lat. in *excidere* notavit.

47. παμπολλαί τινες] Pronomen indefinitum ita addi adjectivis πολὺς et ὀλίγος, supra monuimus ad c. 1. p. 45. Cf. Poppo ad Thuc. IV. 46. p. 156.

50. διακοσίας ἔλαβον] Thuc. I. 100. καὶ διέφθειραν τὰς πάσας ἐς (τὰς) διακοσίας· ad q. l. Poppo: » Plutarchus Cim. 12. negligentius eas omnes expugnatas dicit, quas partim captas, partim deletas scribere debebat. Quare Lycurg. c. Leocr. c. 17. §. 72. ἑκατὸν τριήρεις αἰχμαλώτους ἔλαβον. Nec aliter ipse Plut. de Glor. Athen. p. 377. et Simonid. epigr. Anthol. Pal. VII. 296. Diod. IV. 60. πλείους δὲ τῶν ἑκατὸν σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν εἷλον. Pessime Nepos Cim. c. 2.: » Idem (Cimon) apud Mycalen Cypriorum et Phoenicum ducentarum navium classem devictam cepit," et Mycalen Eurymedonti substituens, et classem hostilem tantum ex CC navibus constitisse narrans, quum Ephorus, qui paucissimas, CCCL (Plut. c. 12.) vel CCCXL (Diod. XI. 60.) numeraret. cet." Cf. Freudenberg. Quaest. histor. in Corn. Nepotis vitas Partic. II., programmati gymnas. Bonon. insertis, p. 9., et quae disputavit Kruegerus stud. historicophil. p. 66. not. 4. et p. 126. not. 4.; qui, verosimiliter Plutarchum ad Thucydidis illud διέφθειραν non satis attendisse atque ita *ducentas* naves *captas* perperam scripsisse, putat.

XIII. 1. ἐπικαταβάντων] Ἐπικαταβαίνειν, Herod. IX. 25. a Schweighaeus. in Lex. Herod. explicatur, *adversus* hostem *descendere*; quem *unum* locum Passo-

θάλασσαν μέγα μὲν ἔργον ἐφαίνετο τῷ Κίμωνι τὸ βιάζεσθαι τὴν ἀπόβασιν καὶ κεκμηκότας ἀκμῆσι καὶ πολλαπλασίοις ἐπάγειν τοὺς Ἕλληνας, ὅμως δὲ ῥώμῃ καὶ φρονήματι τοῦ κρατεῖν ὁρῶν ἐπηρμένους

XIII. 3. κεκμῆτας C, κεκμῆσι καὶ πολλαπλασίοις B.

vius afferens, significationem nostro quoque loco aptissimam addit, *ad litus* adversus aliquem *descendere*.

3. βιάζεσθαι τὴν ἀπόβασιν, *urgere* (per vim facere) *egressum* s. *excensionem* (*de landing forceren.*) Usus nempe verbi βιάζεσθαι, adjecto accusativo, frequens est Nostro, quod patet ex locorum copia congesta a Baehrio ad Philop. V. p. 18, ubi explicatur: *summo studio conari aliquid*, *contendere*, *anniti* adeoque *urgere*. Verbi *intransitive* positi plurima exempla vide ibidem, ubi nihil aliud esse dicitur, nisi: *instare*, *contendere*, *urgere*, subinde additam habens praepositionem πρὸς s. εἰς. Denique passive usurpari verbum βιάζεσθαι, tum in praesenti ac perfecto, tum vero potissimum in Aor., idem Baehrius exemplis probat, quibus addi potest capitis praecedentis locus, ὡς μὴ βιασθεῖεν, *ut ne cogerentur* (ad pugnandum).

— κεκμηκότας ἀκμῆσι καὶ πολλαπλασίοις ἐπάγειν τοὺς Ἕλληνας] *Graecos suos defessos in recentes* s. *integros et multiplices* (multis partibus plures) *ducere*. Eadem antithesis elegantia Noster usus est in Dion. 30. ἐπῆγε τοῖς βαρβάροις ἀκμῆτας ἐκπεπονημένοις, καὶ προθύμους ἀπαυδῶσιν ἤδη πρὸς τὴν πεῖραν, *in barbaros laboribus exhaustos recentes* s. *integros duxit*, *et alacres in eos, qui jam ad coeptum suum fatiscerent*. Ceterum adj. ἀκμὴς, quo Noster parce utitur, apud Herod., Xen., Thuc. non invenitur.

5. ῥώμῃ καὶ φρονήματι τοῦ κρατεῖν ὁρῶν ἐπηρμένους, *robore et animo ex victoria parto elatos esse videns*. Jacobsius ῥώμῃ explicat, ἧς ἤδη δεῖγμα ἔδωκαν, fortasse tamen legendum dicit ῥύμῃ, quod *impetum* s. *ardorem* indicaret, quo *agebantur*. Pariter Wytt. pluribus locis pro ῥώμη, ῥύμη legit, uti Num. 13. ubi de *agilitate*, qua in saltationibus Salii utebantur, agitur, et Pericl. 20. τῶν πολιτῶν—ὑπὸ ῥώμης καὶ τύχης τοσαύτης ἐπαιρομένων. Ubi tamen Sintenis: „neminem fuisse qui ῥύμης maluerit mireris in tam crebra utriusque vocabuli confusione, aucta illa etiam emendandi libidine quorundam interpretum. Recte vero hic nihil mutatum est, conf. comp. c. Max. 1.: ὑπὸ κοινῆς ἂν δόξειεν εὐτυχίας καὶ ῥώμης πραγμάτων ἀσφαλῶς διαγενέσθαι. Nic. 18.: ὑπὸ τῆς ἐν τῷ παρόντι ῥώμης καὶ τύχης ἀνατεθαῤῥηκώς, et quem tutum praestat ab interpretum correctione locus Periclis Pyrrh. 23.: εὐτυχίᾳ τε καὶ ῥώμῃ τῶν παρόντων ἐπαιρόμενος. Plura cupienti dabunt Baehrius ad Philopoem. p. 44. Held. ad Aemil. P. p. 172. sq." Heldius, solus nostrum locum excitans, haec ha-

καὶ προθύμους ὁμόσε χωρεῖν τοῖς βαρβάροις ἀπεβίβαζε τοὺς ὁπλίτας ἔτι θερμοὺς τῷ κατὰ τὴν ναυμαχίαν ἀγῶνι μετὰ κραυγῆς καὶ δρόμου προσφερομένους. Ὑποστάντων δὲ τῶν Περσῶν καὶ δεξαμένων

bet: „Solanus censuit scribendum esse ῥύμῃ, cui opinioni favere videtur et rerum illic narratarum ratio, et locus Brut. 42. 1.: συνεισέπεσον εἰς τὸ στρατόπεδον τοῖς φεύγουσιν ὑπὸ ῥύμης τοῦ κρατεῖν συνενεχθέντες. — Sed recte vulgarem lectionem retinuisse editores evincit adjectum φρονήματι τοῦ κρατεῖν, quod quum nihil aliud possit significare nisi magnos spiritus victoria partos, similiter ῥώμη τοῦ κρατεῖν erit animi robur ex victoria natum."

6. προθύμους ὁμόσε χωρεῖν, *cupidos congrediendi*, s. *confligendi*. Ita c. 12. πρόθυμον ὄντα μάχεσθαι. Πρόθυμός εἰμι apud Kühnerum in iis dictionibus recensetur, quae infinitivum post se habent §. 637. 1. τὸ et infin. §. 643. Saepius tamen apud Xenoph. saltem cum praep. πρὸς vel εἰς sequente infinitivo componitur. Cf. Sturz. Lex. Xen. De discrimine adject. πρόθυμος et ἕκθυμος Schoemann. ad Cleom. 28. p. 258. „Πρόθυμος, inquit, dicitur, quicunque prompto est et propenso ad rem animo, ἕκθυμος autem, qui toto animo in rem intentus nihil aliud respicit."

7. ἔτι θερμοὺς τῷ κατὰ τὴν ναυμαχίαν ἀγῶνι, *calentes adhuc a navalis pugnae certamine*; nam θερμὸς, quod Nostro hoc sensu frequens est, uti Cat. Major. αὐτόν τε Μάνιον τὸν ὕπατον, θερμὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔτι θερμῷ περιπλακέντα πολὺν χρόνον ἀσπάζεσθαι, latine nec *calidus* nec *fervidus* explicari potest, (quae epitheta aut naturalem rerum, aut corporis humani ex animi quodam motu aestuantis calorem vulgo notant;) sed unice expressum est a Livio XXV. 39. „Cum his tam securis solutisque Romani, *calentes adhuc ab recenti pugna*, ferocesque victoria, proelium ineunt."

9. ὑποστάντων] Ὑποστῆναι, *subsistendi*, *non cedendi* notione, (quam Passovius in Lex. neglexit, notavit Wytt. in Ind.) invenitur etiam Thes. 9. Eum. 14 et 16. et Brut. 50. Ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν, ὁ μὲν Ἀντώνιος ὑπέστη διαπορῶν κ. τ. λ. ubi male Voegelinus: „Substitit, gradum retinuit. Quae significatio verbi ὑποστῆναι quum inusitata sit — neque ipse exempla habeo — Coraës conjecit ἐπέστη." Voegelinum igitur fugerunt, quae monuerat Heldius ad Tim. 31. Αἰσθόμενος δ' ὁ Ἱκέτης τὸν Δαμυρίαν διαβεβηκὼς ὑπέστη παρὰ τὸν ποταμὸν ὡς ἀμυνούμενος, p. 477. Γρ. ἐπέστη, τουτέστιν, Ἐπαύσατο τοῦ περαιτέρω πορεύεσθαι· ὑπέστη ἕτερόν τι σημαίνει. Cor. Hessius patrocinatur vulgatae eandemque Schaeferus defendit, in auxilium vocatis locis Tim. 34. ἐκ παρατάξεως ὑποστάντα νικήσας et Aem. 6. ἐπιόντος οὖν τοῦ Αἰμιλίου τετρακισμύριοι γενόμενοι ὑπέστησαν. Est autem ὑποστῆναι vel simpliciter *subsistere*, vel, quae significatio frequentior est, *subsistere ad resistendum hostibus*, *sustinere hostium impetum*. Utro-

οὐκ ἀγεννῶς κρατερὰ μάχῃ συνέστη· καὶ τῶν Ἀθη- 10
ναίων ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ τοῖς ἀξιώμασι πρῶτοι καὶ
διαπρεπεῖς ἔπεσον. Πολλῷ δ' ἀγῶνι τρεψάμενοι τοὺς
βαρβάρους ἔκτεινον, εἶτα ἤρουν αὐτοὺς τε καὶ σκη-

10. ἀγενῶς C.

que sensu accipi poterit h. l., sed priorem praefero propter adjecta ὡς ἀμυνούμενος. Cf. Brut. 50. Xenoph. Anab. IV. 1. 14. Polyb. IX. 7. 7. Herodian. I. 8. 12." Heldii rationem quoque sequitur Kraner. ad Phoc. 9. p. 22., locis ab Heldio et Flügero p. 35. allatis addens: „Poplic. 4. ὀφθῆναι φοβηθεὶς ὑπέστη, quod Schaeferus explicat: *clam adstitit.* Copiosius Plut. Moral. p. 974. E. ὑφίστανται καὶ οὐ πρόεισιν." Ὑποστῆναι autem, dativo sequente, saepius et apud Nostrum *resistere* valet, (Wytt. Ind.) et apud Xenoph. (Sturz. Lex.) Denique *recipiendi*, *pollicendi* vim, tum apud horum utrumque, tum apud Herod. habet III. 127 et 128. et IX. 34. et Thuc. IV. 39., ubi vid. Poppo p. 136. Cf. idem de hujus verbi regimine ad Thuc. II. 61. p. 315.

10. κρατερὰ μάχη συνέστη, *vehemens pugna coorta est.* Συστῆναι & συνεστηκέναι, teste Schweighaeusero in Lex., apud Herod. constanter quidem indicat *consistere*, *stare cum aliquo*, sed, non *ab eadem parte*, verum *a parte opposita; ex adverso stare*, *pugnare*, *contendere cum aliquo.* Apud Xenoph. συνίστασθαι, συνεστηκέναι et συστῆναι dicitur aut de hominibus, qui *eodem loco stant*, *conjunguntur*, *coëunt*, vel *ad conspirandum* vel *ad bellum* et *contra hostes*, aut de rebus, quae *compositae sunt alicunde*, *constant* s. *integrae sunt;* semel tantum de re quae *oritur*, teste Sturz. in Lex. Xen. — Nostro tamen saepius συνεστηκέναι et συστῆναι dicitur aut πόλεμος, uti Aemil. P. 4. Timol. 37. Phil. 17. Sertor. 4. Cat. min. 8., aut μάχη, Philop. 7. Συστάσης δὲ περὶ τὸν Λάρισσον αὐτοῖς ποταμὸν ἰσχυρᾶς μάχης κ. τ. λ. Pyrrh. 28. Κατὰ δὲ τὸν Πύρρον αὐτὸν ἰσχυρᾶς μάχης συνεστώσης. cet. *Coeundi* in aliquem sive *conspirandi* notionem, συστῆναι ἐπί τινα infra habet c. 14.; pariter, intellecto ἐπί τινα, συνίστασθαι c. 15. et συστῆναι c. 17. Συνίστημι ἐπί τινα *conjungere*, *contrahere* in aliquem notat supra c. 1.

12. τρεψάμενοι τοὺς βαρβάρους ἔκτεινον, *barbaros fugatos s. in fugam versos interficiebant.* Τρέπεσθαι med., propric *se vertere*, aut vim habet *terga dandi*, *fugiendi*, quo tamen sensu fere aor. 2. med., nonnumquam aor. 1. et aor. 2 pass., *numquam aor. 1. med.* occurrit; (exempla cupienti ex Xenoph. dabit Sturz. in voce τρέπεσθαι No. 2. 3. 4. 5.) aut *fugandi*, s. *in fugam vertendi*, ubi de re praeterita semper aor. 1. med. usurpatur; quod exemplorum copia probat e Xenoph. collecta a Sturzio in τρέπεσθαι, No. 14 et 15. Cf. Passovius in voce, a quo hoc significationis pro temporum ratione discrimen non neglectum esse video. Cf. Poppo Ind. ad Thucyd.

13. ἔκτεινον, εἶτα ἤρουν αὐτούς τε καὶ σκηνὰς] Male ad

νὰς παντοδαπῶν χρημάτων γεμούσας. Κίμων δ' ὥσπερ ἀθλητὴς δεινὸς ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα καὶ τὸ μὲν ἐν Σαλαμῖνι πεζομαχίᾳ, τὸ δ' ἐν Πλαταιαῖς ναυμαχίᾳ παρεληλυθὼς τρόπαιον

15. δεινὸς om. C.

belgicam versionem Wassenb. et Bosscha haec ita transponenda censuerunt: ἔκτεινον αὐτοὺς· εἶτα ἤρουν καὶ σκηνάς. Nam in primo pugnae ardore fugatos barbaros *occidebant;* deinde vero, a ferocitate illa aliquantum sibi temperantes, *capiebant et ipsos*, vitae eorum parcentes, *et tentoria.* Qua ratione pronomen αὐτός eleganter inservire antithesi diversarum rerum, v. c. animi corpori, ducum militibus, militum equis, incolarum urbi, nautarum navi oppositorum al., Passovius exemplis, ex Homero petitis, probat in v. αὐτός. No. 1. Cf. in primis Sturz. Lex. Xenoph. in v. 1.; qui docte, ut solet, e Xenophonte hanc dicendi illustravit rationem. Ne autem imperfecta h. l. usurpata mirere, *actio* ipsa et *interficiendi* et *capiendi* per temporis aliquod spatium durans cogitari potest. Nimirum et apud alios et apud Plutarchum hic imperfectorum, ubi aoristos exspectasses, usus multo latius patet, quam vulgo putare videntur; quod cum universe, tum vero maxime in verbis 1° *eundi*, *ducendi*, *mittendi*, 2° *dicendi*, *jubendi*, *precandi*, *vocandi*, *suadendi* etc. exemplis e Plutarcho ductis, exquisite docuit Held. ad Tim. 34. p. 483, seqq.

14. Κίμων δ' κ. τ. λ.] Sensus est: „Cimon autem, quum tamquam athleta peritus die uno duo confecisset certamina, et Salaminiam victoriam pedestri, Plataeensem navali superasset pugna, certamen victoriis suis addidit."

15. καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα] Minus frequens est hic verbi καθαιρεῖν usus, atque incerta quodammodo verae notionis explicatio. Schweighaeuserus quidem Herod. VII. 50. μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι, verterat, *magna imperia*, *magna potentia*, *non nisi magnis cum periculis everti possunt;* sed in Lex. Her. monet, ab aliis iisdemque doctiss. viris ad locum interpretandum allatum esse ἀγῶνα vel ἀγώνισμα καθαιρεῖν, *peragere*, *feliciter conficere* certamen, in quam quippe sententiam etiam ipse Herodotus IX. 35. composito verbo συγκαταιρέειν utatur. Passovius contra (in Lex.) *ex alto loco deorsum trahere*, *demere*, tamquam praemium sive certaminis mercedem explicat. Cujus tamen explicationi repugnare videtur, quod nec praemia suspensa esse, sed πρόκεισθαι, et victores ea ἀναιρεῖσθαι, ἀνελέσθαι, *tollere*, *reportare*, dici solent, Herod. VI. 70 et 103. et IX. 64. Idcirco vel illam explicandi rationem praefero, vel καθαιρεῖν ἀγώνισμα eadem ratione dictum esse puto, qua Latinorum *conficere bellum*, ita tamen, ut proprie sensus sit ἐν τῷ ἀγωνίσματι τοὺς ἀντιπάλους καθαιρεῖν, *in certamine adversarios conficere*, *devincere;* quo sensu Noster in Comp. Arist.

ἐπηγωνίσατο ταῖς νίκαις· καὶ τὰς ὀγδοήκοντα Φοινίσσας τριήρεις, αἳ τῆς μάχης ἀπελείφθησαν, Ὕδρῳ προσβεβληκέναι πυθόμενος διὰ τάχους ἔπλευσεν, οὐδὲν εἰδότων βέβαιον οὔπω περὶ τῆς μείζονος δυνάμεως τῶν στρατηγῶν, ἀλλὰ δυσπίστως ἔτι καὶ μετεώρως ἐχόντων· ἢ καὶ μᾶλλον ἐκπλαγέντες ἀπώλεσαν τὰς ναῦς ἁπάσας καὶ τῶν ἀνδρῶν οἱ πλεῖστοι συνδιεφθάρησαν. Τοῦτο τὸ ἔργον οὕτως ἐταπείνωσε

18. ἐπηγωνίσατο], ἴσ. ἐπαιανίσατο' Muretus V. 19. Ὕδρῳ], Σύρδῃ Lubinus (cl. Strabonis 14. p. 669 Cor.), Κύπρῳ Solanus cl. Polyaeni 1, 34. alterum utrum probatum Corai., ad Hydropem' Justinianus.' Sint.

c. Cat. maj. sub finem dicit: τὸν ἀήττητον Ἀννίβαν καθεῖλε, *invictum Hannibalem prostravit*. Cf. Coraes, qui hunc locum diligenter exposuit.

18. ἐπηγωνίσατο ταῖς νίκαις] Fab. Max. 23. Noster: τοῦτον δεύτερον θρίαμβον ἐθριάμβευσε λαμπρότερον τοῦ προτέρου Φάβιος, ὥσπερ ἀθλητὴς ἀγαθὸς, ἐπαγωνιζόμενος τῷ Ἀννίβᾳ, *deinde cum Hannibale certans*; ubi ἐπὶ, adverbii loco, notat *insuper*, *deinde*; dativus autem a verbo ipso, non a praepositione, pendet. Nostri contra loci, quum ταῖς νίκαις a praep. ἐπὶ pendeat, sensus est: *praeter, post victorias suas certavit*, s. *victoriis suis certamen adjecit*.

19. τῆς μάχης ἀπελείφθησαν, *pugnae non interfuerant*; nam ἀπολείπεσθαι, uti λείπεσθαι, quod ad c. 5. p. 68. diximus, a stadio ductum, pp. notat, *remanere*, *relinqui*, *posteriorem esse*, *non assequi*, *serius venire*, *non adesse*; quo sensu cum genit. positum pluribus locis explicitum vide apud Wytt. in Ind. cf. Rost. et Palm. ad Passov.

22. μετεώρως ἐχόντων] Μετεώρως ἔχειν, i. q. μετέωρον εἶναι, *suspensum*, *erectum esse exspectatione*, uti Demosthenes c. 18. μετεωρίσας τὸν δῆμον ταῖς ἐλπίσι, et eodem cap. Ἑλλὰς ὀρθὴ γενέσθαι καὶ συνεξαναστῆναι πρὸς τὸ μέλλον dicitur; de qua tralatione Poppo ad Thuc. II. 8. p. 31. egit.

25. ἐταπείνωσε τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως] Supra c. 12. init. Noster dixerat: καὶ μὴν αὐτοῦ γε τοῦ μεγάλου βασιλέως οὐδεὶς ἐταπείνωσε καὶ συνέστειλε τὸ φρόνημα μᾶλλον ἢ Κίμων, ubi τὸ φρόνημα *animos*, *spiritus*, *fastum* notat, uti nostro l. γνώμη. Eodem fere sensu φρόνημα & γνώμη conjunguntur Demetr. 18. καὶ τὰ φρονήματα τῶν ἀνδρῶν ἐκίνησε, καὶ τὰς γνώμας ἐπῆρε, *et spiritus virorum inflavit*, *et animos sustulit*. Rarissima vero est haec vocis γνώμη, tam apud reliquos,

τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως, ὥστε συνθέσθαι τὴν πε-
487 *ριβόητον εἰρήνην ἐκείνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς*

quam apud Nostrum significatio, qua *fastum*, *arrogantiam*, belg. *dunk*, *waan*, indicet. (Apud Soph. Ajac. 51. hunc quoque in sensum fere explicat Lobeck.) Nam vulgo *prudentiam* et *consilium* notans apud ipsum adeo Nostrum opponitur τῷ φρονήματι, Arat. 4. ἤδη μειράκιον ὁ Ἄρατος ὢν, ἀξίωμα λαμπρὸν εἶχε δι' εὐγένειαν καὶ φρόνημα, ὃ διέφαινεν οὐ μικρὸν, οὐδ' ἀργὸν, ἐμβριθὲς δὲ καὶ παρ' ἡλικίαν, ἀσφαλεστέρᾳ γνώμῃ κεκραμένον.

26. τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην.] „Pax haec, si unquam inita fuit, non statim, sed postea demum e Cimonis victoriis sequebatur." Jacobs. ad h. l. Sed de pace, *Cimonica* vulgo dicta, si multa afferrem, acta agere viderer. Nam doctissima disputatione (in opere Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte, I.) numquam illam initam esse, Dahlmannus probavit, argumentis praecipue usus:

1°. silentio et *Thucydidis*, ceteroquin hanc aetatem accurate adumbrantis pugnamque ad Eurymedonta haud negligentis, et *Nepotis*, Theopompum in Cimonis vita fere exprimentis, et *Pindari*, reliquas Atheniensium res gestas, summis laudibus celebrantis.

2°. discrepantia eorum, quae *Plutarchus* et *Diodorus*, principes pacis testes, memoriae prodiderunt.

3°. *Callisthenis*, pacem ipsam negantis, a Plutarcho allato testimonio.

4°. tota illorum temporum historia.

In eandem sententiam disputavit Kruegerus, in stud. historico-phil. p. 74-143. non minore quam Dahlmannus doctrinae copia atque argumentorum gravitate ad Cimonicae pacis fidem tollendam usus. Cff. praeterea Lachmann. de pace Cimonica; Mitf. Hist. Graec. II. p. 431. sq. IV. p. 239. sq.; Mans. Spart. II. p. 486. sq. Bred. Hist. Ant. p. 323. sq. ed. 4., et quos porro afferunt Poppo ad Thuc. VIII. 56. p. 735. et ipse Dahlmannus p. 2. et passim. Vid. etiam J. W. Zinkeisen. Gesch. Griechenl. I. 225., qui ad pacem ipsam assumendam proclivior videtur, sed *Cimonicam* ideo tantum dictam esse statuit, ut memoria ejus viri celebraretur, qui maximas res contra barbaros postremus gessisset. Praeterea vid. quos citat K. F. Hermann. Griech. Staatsalterth. §. 39, 10. et in pr. Lucas, Vers. einer Charakt. Kimon's, p. 42. et 43.

27. ἵππου μὲν δρόμον] Reiskius in nota haec Palmerii verba affert: »Infra explicat, quale sit spatium cursus equi et interpretatur τριακοσίων σταδίων ἐγγύς." quamquam et Reiskius ipse Cim. 19. et Palmer. Exercit. p. 203. τετρακοσίων habet. Mirum autem, Wassenb. et Bossch. quoque per *trecenta* explicare stadia, qui tamen caput 19. memorant, ubi ipsi *quadringenta* habent. Jacobs. ad h. l.: „Quantum uno die equus currendo conficere potest. Noster affert 400 stadia, quae tredecim fere horas continent." Demosthenes de fals. leg. 428. (quem Noster expressisse videri posset, si Calliam propter hanc pacem factam, ut ille, *mulctatum*, non vero *honoratum* dixisset;) ἡμέρας addidit, quod in Nostro explicando, ut cogitatione supplendum, jure assumserunt Ja-

Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηΐ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν. Καίτοι Καλλισθένης οὔ φησι ταῦτα συνθέσθαι τὸν 30

cobs. et Coraes. Pro *ἵππου δρόμῳ* Diod. XII. 293. *τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν* habet, viam, quam *homo* tribus diebus conficit, intelligens; uti jure explicat Krueger. l. l. p. 110. seq., qui hunc terminum multo probabiliorem habet quam *Halyn*, ab Isocrate Panath. c. 20. memoratum. Cf. tamen Dahlm. p. 85.

— *τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης*] Pro *ἀπέχειν*, s. ut mox legitur, *ἀποστῆναι*, *abstinere*, *remotum esse*, alii *μὴ καταβαίνειν* habent, quod eodem redit. Ceterum *Ἑλληνικὴν θάλασσαν*, (quod Demosth. et Diod. ll. modo l. simpliciter *θάλασσαν* dixerunt, Noster tamen etiam alibi, ut Eum. in fine, habet,) vulgo *τὸν Αἰγαῖον* sc. *κόλπον* sive *πόντον* dici (vid. supra ad c. 8. p. 84.,) vel tironibus notum est.

28. *Κυανέων*] „*Cyaneae*, alibi etiam *Symplegades* dictae, ad Bospori Thracii introitum sitae." Wassenb. et Bossch. Cf. Jacobs. ad h. l. Quum autem neque ulla Persarum classis Pontum Euxinum tueretur, neque quidquam esset, quod inde Athenienses timerent, a rhetoribus *Cyaneas*, tamquam terminum septentrionalem, australibus *Chelidoniis* oppositum, additas esse Dahlmannus censuit, l. l. p. 52, sqq. cui assentitur Kruegerus, l. l. p. 111.

29. *Χελιδονίων*] Demosth. *Χελιδονείων*. Pro Chelidoniis insulis, de quibus vid. supra ad c. 12. p. 105., Isocrates Panath. c. 20. et Areop. c. 27. et Diodorus Sic. XII. p. 293. *Phaselin* habent, de qua urbe, haud longe a Chelidoniis sita, supra diximus ad cap. 12. p. 107.

— *χαλκεμβόλῳ*, *rostrata* s. *aereo rostro instructa*, quod epitheton alibi solum a Nostro usurpatur ad *longam* sive *bellicam* navem designandam, h. l. cum *μακρᾷ* conjungitur.

— *πλέειν*] Ex hac Jonica verbi forma Kruegerus argumentum quoque contra pacis auctoritatem duci posse censet (p. 118. 121.), quemadmodum Theopompus *ex Jonicis in foedere γράμμασι* jam duxerit, teste Harpocr. in *Ἀττικοῖς γράμμασι*: *Θεόπομπος ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Φιλιππικῶν ἐσκευωρεῖσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας, ἃς οὐκ Ἀττικοῖς γράμμασιν ἐστηλιθεῦσθαι, ἀλλὰ ταῖς τῶν Ἰώνων.* Jonica enim *γράμματα* sub Euclide demum Ol. 94, 2. ab Atheniensibus in monumentis publicis usurpata fuisse, Krueger. probat p. 120.

30. *Καλλισθένης*] De Callisthene egimus prooem. p. 28.; cujus quidem de pace numquam inita testimonium, Theopompi auctoritate confirmatum, quanti faciendum sit, egregie docuit Kruegerus l. l. p. 117. seqq., cujus tota disputatio dignissima est, quam consulas.

— *συνθέσθαι—ποιεῖν*] Posterioris verbi *imperfecto*, non *aoristo*, de re perdurante Nostrum usum esse, nemo miretur, qui cogitet ea, quae de *imperfecti* usu dedimus ad hujus cap. init.

37. *ἀντίγραφα συνθηκῶν*] Perperam nonnulli, in quibus Dahlmann. l. l. p. 85., in Crateri (de quo vid. prooem. nostr. p. 29. seq.) opere Plutarchum *psephismatis*, non *foederis* revera initi verba legisse

βάρβαρον, ἔργῳ δὲ ποιεῖν διὰ φόβον τῆς ἥττης ἐκείνης καὶ μακρὰν οὕτως ἀποστῆναι τῆς Ἑλλάδος, ὥστε πεντήκοντα ναυσὶ Περικλέα καὶ τριάκοντά μόναις Ἐφιάλτην ἐπέκεινα πλεῦσαι Χελιδονίων καὶ μηδὲν αὐτοῖς ναυτικὸν ἀπαντῆσαι παρὰ τῶν βαρβάρων. Ἐν δὲ τοῖς ψηφίσμασιν, ἃ συνήγαγε Κράτερος, ἀντίγραφα συνθηκῶν ὡς γενομένων κατατέτακται. Φασὶ δὲ καὶ βωμὸν Εἰρήνης διὰ ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους ἱδρύσασθαι καὶ Καλλίαν τὸν πρε-

34. καὶ ante μηδὲν om. C. ἐν om. C. 36. Scribebatur Κρατερὸς. 38. Εἰρήνης Schaeferus: εἰρήνης vulg.

crediderunt. Nam *columnam* hujus *pacis* positam fuisse, ex qua Craterus ἀντίγραφα συνθηκῶν describere potuerit, ex Theopompi loco, modo allato, jure efficit Krueger. p. 117 seq.

38. βωμὸν Εἰρήνης] Rinckio (Prol. ad Aemil. Prob. p. 126.) errare Nepos videtur Timoth. 2. „Lacedaemonii de diutina contentione destiterunt, et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt; pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent. *Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum primum arae Paci publice sint factae, eique deae pulvinar sit institutum.*" Nam quum hanc pacem inter Graecos, exclusis Thebanis, viginti diebus ante Leuctricam pugnam Ol. 102, 2. a. Chr. 371. Lacedaemone factam esse, Plutarchus Ages. 28. tradat (cf. Clinton. Fast. Hell.); non *tum primum* aras Paci publice factas esse, ex nostro Plut. loco Rinckius efficit. Quae sententia confirmari videtur Aristoph. Pace v. 1020, ubi *Pax non gaudere caede, neque ara ejus cruentari* dicitur; quam comoediam poëtam docuisse a. a. Chr. 419. monuit Clinton. Fast. Hell. Praeterea Εἰρήνην ἐλεφαντίνην κατάχρυσον, Ol. 95. a. Ch. 400. jam dicatam fuisse, ex antiquis tabulis docuit Boeckh. Staatshaush. d. Athener, II. 308., qui accurate etiam de ara et columnis, Paci dicatis, egit eod. l. 257. Longe alia tamen est, quam de ara, Plutarcho teste, Paci posita Dahlmannus tulit, sententia p. 82. sq. Hic enim, ut Cimonicae pacis, a Plutarcho allata, testimonia diluat, neque Nepoti minorem quam Nostro fidem habendam, neque ex Aristophanis Pace certi quidquam efficiendum censet. Cf. etiam Kruegerus l. l. p. 116. sq. qui Dahlmanno omnino adsentitur.

39. καὶ Καλλίαν] Illustrissima Athenis tam generis nobilitate quam divitiis familia fuit *Hipponicorum* et *Calliarum*, qui, a Triptolemo suam originem ducentes, hereditario δᾳδούχων in Eleusiniis mysteriis munere fungebantur. Primus ex hac familia nobilitatus fuit *Hipponicus* ille, qui Solonis tempore florens (Plut. Sol. 15.) ve-

σβεύσαντα τιμῆσαι διαφερόντως. Πραθέντων δὲ τῶν αἰχμαλώτων λαφύρων εἴς τε τὰ ἄλλα χρήμασιν ὁ δῆμος ἐρρώσθη καὶ τῇ ἀκροπόλει τὸ νότιον τεῖχος

41. τἄλλα cum Reiskiana ceteri.

rosimiliter fratrem habuit Phaenippum, *Calliae primi*, patrem, qui Callias, quoties Pisistratus urbe expellebatur, ejus bona publicata emere ausus esse dicitur Herod. VI. 121. Calliae hujus filius *alter Hipponicus* fuit, cujus opes etiam auctas celebrat Heracl. Pont. apud Athen. XII. 536. F. Hipponico hoc natum *alterum Calliam* nostrum, ditissimum Atheniensium vocatum (Plut. Arist. 25.), quia ad Persarum regem legatus missus, dona accepisse videbatur, Athenienses μικροῦ μὲν ἀπέκτειναν, ἐν δὲ ταῖς εὐθύναις πεντήκοντα ἔπραξαντο τάλαντα. (Demosth. de fals. leg. p. 429.) Plutarchus contra summis eum propter pacem initam ab Atheniensibus decoratum esse honoribus testatur. Quae quidem ex Atheniensium levitate et exemplo Alcibiadis, Cimonis aliorumque conciliari posse, Palmerius statuit Exerc. 263. Boeckhius autem l. l. II. 14. sq. hanc Demosth. et Plut. discrepantiam uno loco (I. 412) ita componit, ut statuat, Calliam, quamvis propter praeclaram illam pacem cum Rege factam a civibus suis honoratum, in rationibus tamen reddendis, quod dona accepisse argueretur, quinquaginta talentis multatum fuisse. — Alibi vero (in addend. ad II. p. 410.) aut multam illam in dubium vocandam, aut cum Pausan. I. 8. 2. ob ipsam hanc multam de Calliae meritis, ut vulgi tantum fama celebratis, dubitandum censet. — Aliam contra viam ingressus est Dahlmannus. Hic enim, p. 11. sqq. cum Boeckhio Calliarum familiam, opum quippe gloria Athenis celebratissimam, talem quidem habet, ex qua pacis in primis legati eligerentur, Xen. Hell. VI. 3. 4.; ex Herod. tamen (VII. 151.) neque effici posse existimat Calliam, qui legatus fuisse ibi dicitur, Susas, ut de pace ageret, venisse, imo contrarium fere e contexta oratione sequi, et veri simile esse, ad pacem tam turpem Persis ineundam, non Atheniensium legatos Susas, sed Persarum Athenas venturos fuisse. Quocirca tam Calliae ipsam illo saltem tempore legationem, quam pacis initae mentionem ab oratoribus fictam esse censet, p. 13. &c. In primis etiam cf., qui, Dahlmanno pleraque assentiens, mira cum diligentia de hac Calliae legatione quoque inquisivit, Kruegerus p. 112. sqq. De Calliarum familia vid. omnino Real-Encyclop. edita ab Augusto Pauly, in v. Callia.

40. Πραθέντων δὲ τῶν αἰχμαλώτων λαφύρων] Wassenb. et Bosscha emendarunt αἰχμαλώτων καὶ τῶν λαφύρων, quod placuisset, sicubi scriptum inveniretur. — Nunc monemus, αἰχμαλώτους non *homines* solum dici, sed omnino quaecunque res bello fuere captae, ut docuit Held. ad Aemil. P. p. 269.

41. χρήμασιν—ἐρρώσθη, *opibus crevit s. invaluit*. Ita ῥώννυσθαι χρήμασι legitur etiam Tim. 13. ῥώννυσθαι πράγμασι, Cam. 31.

42. τῇ ἀκροπόλει τὸ νότιον τεῖχος κατεσκεύασεν.] Nepos Cim. 2. in fine: „Thasios opulentia

κατεσκεύασεν ἀπ' ἐκείνης εὐπορήσας τῆς στρατείας. Λέγεται δὲ καὶ τῶν μακρῶν τειχῶν, ἃ σκέλη καλοῦ-

fretos suo adventu fregit. His ex manubiis arx Athenarum, quae ad meridiem vergit, est ornata." De quibus Rinck. l. l. p. 86. „Ferri possunt verba *his ex manubiis*, si ad plures expeditiones referuntur, non ad rem in Thaso gestam restringuntur, cet." Veruntamen ea non solum ad res Thasias, sed ad ea, quae paulo ante commemorantur omnia, in primis ad victoriam apud Eurymedontem reportatam, referri posse, recte monuit Jo. Freudenberg. Quaest. histor. in Corn. Nepotis vitas Part. II. in Progr. Gymn. Bon. 1841-1842. p. 11.

44. Λέγεται δὲ—διδόντος.] Haec ita vertenda: „Dicunt autem longorum etiam murorum, quos *crura* vocant, confectam quidem esse postea exstructionem, sed primam fundationem, quum in loca palustria et uliginosa opus incideret, suffultam fuisse Cimonis opera firmiter, quippe qui ad paludes multa glarea et saxis gravibus siccandas pecuniam pararet praeberetque."

— τῶν μακρῶν τειχῶν, ἃ σκέλη καλοῦσι] Duo longi muri, σκέλη s. *crura* dicti, quorum alter ab urbe ad Phalerum, alter ad Piraeeum ab urbe pertinebat, a Cimone fundati, Pericle rebus praefecto a. 457. inchoati, a. 456. confecti sunt; nam Thuc. I. 107. Ἤρξαντο δὲ, inquit, κατὰ τοὺς χρόνους τούτους καὶ τὰ μακρὰ τείχη ἐς θάλασσαν Ἀθηναῖοι οἰκοδομεῖν, τό τε Φαληρόνδε καὶ τὸ ἐς Πειραιᾶ. & I. 108. τά τε τείχη τὰ ἑαυτῶν τὰ μακρὰ ἐπετέλεσαν. Ad illum locum Poppo: „Quod autem *duobus* tantum, non *tribus* muris, Athenas mari junctas fuisse ex his verbis Leake (Athen. p. 353. sq.) demonstrare studet, inde non efficiendum in annot. ad II. 13. audiemus." In qua ann. (ad Thuc. verba: τοῦ τε γὰρ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος, καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα. ἔστι δὲ αὐτοῦ δ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἕξωθεν ἐτηρεῖτο.) docta praesertim affertur Kruegeri (ex Ephem. Hal. a. 1827. p. 141. sq.) ad Leakii opinionem refellendam disputatio. Priores nempe Thuc. loci (I. 107 et 108.), quibus duo illi muri, σκέλη dicti, significantur, ad annos, ut jam indicavimus, 457 et 456. pertinent. Quae autem idem Thucydides (II. 13.) de murorum defensione affert, ad primum belli Peloponnesiaci annum, a. C. 431., sunt referenda. Tam longo igitur (25 annorum) spatio, non mirum, si Pericles, bellum quippe futurum jam diu suspicatus, de novis munimentis, in primis de *tertio* muro exstruendo cogitaverit. De hoc igitur opere deliberanti Pericli adesse potuit Socrates (in Plat. Gorg. 455. E.) dicens: Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον, ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους. Male enim τὸ διὰ μέσου τεῖχος hic a nonnullis (v. c. a Routhio ad Plat. hunc l. et a Geelio p. 172. ad Chrysost. p. 87. C.) intelligi ipsa illa μακρὰ τείχη sive σκέλη, supra memorata, quis est, qui non videat, si cogitet,

Socratem, (natum a. Chr. 468,) decem fere annorum puerum interfuturum fuisse ejusmodi Periclis de muris exstruendis deliberationi? (Quod Popponem quoque non fugit ad Thuc. II. 13. p. 63, med.) De eodem illo posterius exstructo muro intelligi volo verba Plutarchi tam Per. 13.: τὸ δὲ Μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸς εἰσηγουμένου γνώμην Περικλέους, ἠργολάβησε Καλλικράτης. Κωμῳδεῖ δὲ τὸ ἔργον Κρατῖνος ὡς βραδέως περαινόμενον

πάλαι γὰρ αὐτὸ, φησὶ,
λόγοισι προάγει Περικλέης,
ἔργοισι δ' οὐδὲ κινεῖ.

quam de gloria Athen. p. 351. A. Καίτοι καὶ τοῦτον (Periclem) ὡς βραδέως ἀνύοντα τοῖς ἔργοις ἐπισκώπτων Κρατῖνος, οὕτω πως λέγει περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους· Λόγοισι γὰρ αὐτὸν (sic?) προάγει Περικλέης ἔργουσι δ' οὐδὲ κινεῖ. (Versuum reliquias digessit Porsonus Praef. Hec. p. 45.). Quare errasse videtur Meinekius in Histor. Crit. Com. Graec. p. 45. dicens: „Jam fabulas Cratinum circa Ol. 81. (a. Chr. 456,) docuisse, colligas ex Fragmento apud Plutarchum (p. 351, a), ubi Periclis tarditatem in longis moenibus condendis increpat, quae Ol. 82, 1. (a. Chr. 452?) absoluta esse O. Muellerus docuit. In reliquis fragmentis paucissima reperio indicia, quae eum jam ante Ol. 85. (a. Chr. 440.) fabulas docuisse arguant." Quodsi Meinekius, collato altero illo Cratini ex Plut. Per. 13. fragmento, ad Socratis aetatem attendisset, et de tertio illo muro, non de brachiis sive duobus longis muris haec dicta accepisset, suam ipse sententiam (de Cratino, non nisi provectiore jam aetate fabulas scribere aggresso,) non temere labefactasset. Et vero idem ille Meinekius, in Cratini fragmento explicando, in fragm. Comoed. Ant. p. 218 sq. de tertio ipse muro, non de brachiis accepisse videtur; ibi enim haec habet: „Medium murum dicit eum, qui inter Phalericum et Piraicum sive borealem interjacebat. Harpocr. p. 127.: διὰ μέσου τείχους: Ἀντιφῶν πρὸς Νικοκλέα. τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι, τοῦ τε βορείου καὶ τοῦ νοτίου καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ νότιον, οὗ μνημονεύει καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ. Ad Platonis locum (quem vide supra) Scholiasta Bekk. p. 342. haec annotavit: διὰ μέσου τείχος λέγει ὃ καὶ ἄχρι νῦν ἐστιν ἐν Ἑλλάδι. ἐν τῇ Μουνυχίᾳ γὰρ ἐποίησε (Pericles) καὶ τὸ μέσον τεῖχος, τὸ μὲν βάλλον ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ, τὸ δὲ ἐπὶ Φάληρα, ἵν' εἰ τὸ ἓν καταβληθῇ (fort. καταληφθῇ), τὸ ἄλλο ὑπηρετοίη ἄχρι πολλοῦ. Quibus postremis verbis satis responsum est dubitationi Leakii Topogr. Att. p. 357. tertium murum non tantum inutilem, sed etiam perniciosum futurum fuisse dicentis." Qui quidem Leakius quomodo sententiam postea mutaverit, ex iis patet, quae ab illo disputata (in Ephem. Transactions of the royal Society of Literat. ann. 1830,) Westermannus retulit in Ephem. Zeitschr. für die Alterthumswiss. 1841. No. 138. Ibi autem Leakius *duos* tantum longos muros fuisse, quo tempore aperirentur, tum ex Thuc., tum ex inscriptione nuper detecta probat; tertium vero a Pericle neque ante a. 444. inchoatum, et sub belli demum Peloponnesiaci initium perfectum esse docet. Quum autem ann. 337. Phalericus vel non amplius super-

σι, συντελεσθῆναι μὲν ὕστερον τὴν οἰκοδομίαν, τὴν δὲ πρώτην θεμελίωσιν, εἰς τόπους ἑλώδεις καὶ διαβρόχους τῶν ἔργων ἐμπεσόντων ἐρεισθῆναι διὰ Κίμωνος ἀσφαλῶς, χάλικι πολλῇ καὶ λίθοις βαρέσι τῶν ἑλῶν πιεσθέντων, ἐκείνου χρήματα πορίζοντος καὶ διδόντος. Πρῶτος δὲ ταῖς λεγομέναις ἐλευθερίοις καὶ γλαφυραῖς διατριβαῖς, αἳ μικρὸν ὕστερον ὑπερφυῶς ἠγαπήθησαν, ἐκαλλώπισε τὸ ἄστυ, τὴν μὲν ἀγορὰν πλατάνοις καταφυτεύσας, τὴν δ' Ἀκαδημίαν ἐξ ἀνύδρου καὶ αὐχμηρᾶς κατάρρυτον ἀποδείξας ἄλ-

47. τῶν ἔργων ἐρεισθέντων στηριχθῆναι διὰ C.

esset vel saltem ita esset dirutus, ut vix reparari posset, assumi posse Leakius putat, eum, postquam a Lacedaemoniis eversus fuerit 66 annis ante pugnam Chaeroneensem, semper ita dirutum mansisse; imo probabilius etiam censet, illum, post primam quippe exstructionem numquam refectum, quo tempore a Lysandro Athenae obsiderentur, ita infirmum fuisse, ut expugnatores ne operae quidem pretium censerent illum diruere, ideoque sec. Xen. Hell. II. 2. 15. et Lys. c. Agor. p. 130. (264. Ed. Bekk.) primam urbis dedendae conditionem a Lacedaemoniis propositam fuisse (non, ut *Phalericus* et *ambo Piraici* muri, quod Meinekius l. l. statuit, sed), ut uterque Piraicus murus per decem stadiorum longitudinem dirueretur. Ceterum plura de hac re cupienti dabunt Wytt. ad Mor. 349. D., K. O. Mueller. in Encycl. Ersch. et Grüber., Attica, p. 223. Forchhammer. Topogr. von Athen, Kiel. 1841. p. 6—9. et F. Stademann. ad Panorama Athenarum, Monac. 1841.; quorum Wyttenbachius *tertium* murum non ab urbe ad Piraeeum, sed a Piraeeo ad Phalerum pertinuisse statuit; Muellerus contra et Forchhammerus Kruegero [in disquis. l. et in stud. historicophil. p. 166. seqq.] assentiuntur; Stademannus tandem, num tertius adfuerit murus, dubitat. Cf. etiam quae disputat Curtius de portubus Athenarum, in Repert. d. Gesch. deut. Lit. 1842, Bd. 31. N°. 575. et Ulrichs. in libro inscripto: Οἱ λιμένες καὶ τὰ μακρὰ τείχη τῶν Ἀθηνῶν ὑπὸ Ἐνρ. Οὐλερίχου, ἐν Ἀθήναις, 1843., de quo vid. Repert. d. Gesch. deut. Lit. Bd. 31. N°. 575.

51. γλαφυραῖς διατριβαῖς, *suavibus oblectationibus*; γλαφυρὸν enim apud Plutarchum saepius per metaphoram omne illud dicitur, quod *elegans*, *festivum*, *suave*, *lepidum* est (significatione, ut videtur ducta a verbo γλάφω, γλύφω, *scalpo*, *polio*.) Ita in Mar. 3. init. vita urbana atque venusta, ἀστεῖος καὶ γλαφυρὸς βίος, τῇ διαίτῃ ἀγροικοτέρᾳ, *vitae rusticiori* opponitur. Cf. Baehr. ad Pyrrh. 8. p. 162.

54. ἀποδείξας] H. l. ἀποδεικνύναι vim *faciendi*, *reddendi*,

σος ἠσκημένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμοις καθαροῖς καὶ συ- 55
σκίοις περιπάτοις.

XIV. Ἐπεὶ δὲ τῶν Περσῶν τινες οὐκ ἐβούλοντο τὴν Χερρόνησον ἐκλιπεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Θρᾷκας ἄνωθεν ἐπεκαλοῦντο καταφρονοῦντες τοῦ Κίμωνος μετ' ὀλίγων παντάπασι τριηρῶν Ἀθήνηθεν ἐκπεπλευκότος, ὁρμήσας ἐπ' αὐτοὺς τέσσαρσι μὲν ναυσὶ τρισ- 5
καίδεκα τὰς ἐκείνων ἔλαβεν, ἐξελάσας δὲ τοὺς Πέρσας καὶ κρατήσας τῶν Θρᾳκῶν πᾶσαν ᾠκειώσατο τῇ πόλει τὴν Χερρόνησον. Ἐκ δὲ τούτου Θασίους μὲν ἀποστάντας Ἀθηναίων καταναυμαχήσας τρεῖς καὶ τριάκοντα ναῦς ἔλαβε καὶ τὴν πόλιν ἐξεπολιόρ- 10

1ª m. sec.
2. καταλιπεῖν A: καταλιπεῖν vulg. 4. τριήρων Schaeferus: τριηρῶν vulg.

mutandi habet, quam et Noster nonnumquam uti Sert. 16. Cic. 1. &c., et Xenophon saepius huic verbo tribuit, uti docet Sturz. Lex. Xen. in v. 8. De vulgari magis verbi signif. vid. Wytt. ad Phaed. 181. & Baehr ad Plut. Philop. 13 & Pyrrh. 19.

XIV. 1. Ἐπεὶ δὲ] Vixdum igitur ab illustrissima expeditione domum reversus, denuo contra barbaros in Thraciam proficiscebatur Cimon, ubi, eadem fortuna usus, Persis expulsis Thracibusque victis, totam Chersonesum Thracicam, (a majoribus suis jam occupatam), in Atheniensium ditionem redegit. Quod factum esse Ol. 78. 1. (a. Chr. 468) firmis, ut mihi videtur, argumentis probavit Lucas l. l. p. 43.

8. Θασίους μὲν] „Θάσος insula, secundum Herod. VI. 47. & II. 4. *Phoenicum*, testante vero Thucydide IV. 104. *Pariorum* fuit colonia. In continente Thasii possederunt Strymam aliasque urbes (Her. VII. 108. 118.). De Thasiorum divitiis, e metallis praecipue, quae tam in ipsa insula quam in Thraciae ora habebant, redeuntibus, locus primarius exstat apud Herodotum VI. 46. 47. Quae autem Herodotus de Thasiorum urbibus in continenti sitis ac de eorum metallis tradit, ea Thucydides quoque confirmat. Thasii enim, teste Thuc. I. 100. sq. in Thraciae ora opposita possederunt emporia et metalla; de quibus quum inter ipsos et Athenienses controversia orta esset, defecerunt ab Atheniensibus; sed victi ab his sunt navali proelio; ac licet a Lacedaemoniis auxilium petiissent, tamen Atheniensibus sese dedere sunt coacti." Poppo ad Thuc. Prol. I. 2. 342. sqq.

10. τὴν πόλιν] Quae Noster, tamquam uno eodemque tempore facta, breviter contraxit, ea temporibus suis ordinavit Thucydides,

κησε καὶ τὰ χρυσεῖα τὰ πέραν Ἀθηναίοις προσεκτήσατο καὶ χώραν, ἧς ἐπῆρχον Θάσιοι, παρέλαβεν. Ἐκεῖθεν δὲ ῥᾳδίως ἐπιβῆναι Μακεδονίας καὶ πολλὴν ἀποτεμέσθαι παρασχὸν, ὡς ἐδόκει, μὴ θελήσας αἰτίαν ἔσχε δώροις ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου συμπεπεῖσθαι καὶ δίκην ἔφυγε τῶν ἐχθρῶν συστάντων ἐπ' αὐτόν. Ἀπολογουμένος δὲ πρὸς τοὺς δικαστὰς οὐκ Ἰώνων ἔφη προξενεῖν οὐδὲ Θεσσαλῶν, πλουσίων ὄντων, ὥσπερ ἑτέρους, ἵνα θεραπεύωνται καὶ λαμβάνωσιν, ἀλλὰ Λακεδαιμονίων, μι-

11. χρύσεια C, χρυσία a. 14. ἀποτεμέσθαι δόξαν παρασχὼν ὡς ἐδόκει C. παρασχὸν Stephanus: παρασχὼν libri. 16. συμπεσεῖσθαι B^{c} i a. ἔφυγε] Sintenis mavult ἔφευγε. 20. Λακεδαιμονίων Muretus X: Λακεδαιμονίους Reiskius cum S T [C],

qui (I. 100.) ad a. 467 Thasiorum ab Atheniensibus defectionem, horumque navalem de illis reportatam victoriam refert, deinde (c. 101.) eodem anno Thasios obsessos Lacedaemoniorum auxilium implorasse, denique (c. 101.) tertio anno obsidione cinctos pacem fecisse a. 465 cum Atheniensibus tradit. Ut autem cum Kruegero ad Clint. potius annum 467—465 assumerem, quam cum Clintono ipso hac in causa facerem, accurata me movit atque docta rei expositio, quam dedit Lucas l. l. p. 44. Cf. tamen Krueger., stud. historico-phil. 144., Thasi defectionem ad a. 467 ejusque deditionem ad. a. 464 referens, et Rospattius l. l. p. 6. annum 466 et 463 utrique rei assignans. Rospattii ratio magis probatur Freudenbergio l. l. p. 10.

14. ἀποτεμέσθαι χώραν] Dictio Thucydidi quoque et Polybio frequens, quae *carpere*, *adimere* partem regionis hostium eamque *sibi adsciscere* notat. Cf. Baehr. ad Phil. 16. p. 60.

18. προξενεῖν] „Prouti Athenienses aliique, suos etiam habuerunt Lacedaemonii, in aliis civitatibus a se publicitus constitutos, προξένους" apud Pausan. III. p. 223., Eleus Xenias fuisse dicitur Agidi ἰδίᾳ ξένος, καὶ Λακεδαιμονίων τοῦ κοινοῦ πρόξενος" ut Chius Hermesilaus privatim Sophocli ξένος, et πρόξενος Atheniensium, teste Jone Chio apud Athen. XIII. p. 603. F. Publicitus etiam Alciphron Argivus, secundum Thuc. V. 59., fuit πρόξενος Λακεδαιμονίων, et Plataeensis Λάκων ὁ Ἀειμνήστου, III. 52. Distinguuntur a talibus ἰδίᾳ πρόξενοι et ἑθελοπρόξενοι dicti, quales fuerint fortasse Lacedaemoniorum Athenis Cimon et Callias." Valcken. ad Herod. VI. 57. p. 463. Cf. scriptores, quos memorat Creuzerus ad Ephori fragm. praef. XXIX.

20. λαμβάνωσιν] Λαμβάνειν

μούμενος καὶ ἀγαπῶν τὴν παρ' αὐτοῖς εὐτέλειαν καὶ σωφροσύνην, ἧς οὐδένα προτιμᾶν πλοῦτον, ἀλλὰ πλουτίζων ἀπὸ τῶν πολεμίων τὴν πόλιν ἀγάλλεσθαι. Μνησθεὶς δὲ τῆς κρίσεως ἐκείνης ὁ Στησίμβροτός φησι τὴν Ἐλπινίκην ὑπὲρ τοῦ Κίμωνος δεομένην ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ Περικλέους (οὗτος γὰρ ἦν τῶν κατηγόρων ὁ σφοδρότατος), τὸν δὲ μειδιάσαντα „Γραῦς εἶ" φάναι „γραῦς, ὦ Ἐλπινίκη, ὡς τηλικαῦτα διαπράττεσθαι πράγματα". πλὴν ἔν γε τῇ δίκῃ πρᾳότατον γενέσθαι τῷ Κίμωνι καὶ πρὸς τὴν κατηγορίαν ἅπαξ ἀναστῆναι μόνον, ὥσπερ ἀφοσιούμενον.

αιμ m. sec.
λακεδονίους A (λ in rasura), μακεδονίους BBc i a, μακεδόνας vel λακεδαιμονίους V, Μακεδόνων Stephanus.' Sint. (T indicat codicem Venetum Mureti.)

nude ita positum pro λαμβάνειν χρήματα illustravimus ad c. 1. ad διδούς, p. 46.

21. εὐτέλειαν κ. τ. λ.] Sensus est: „frugalitatem et continentiam, cui nullas se praeferre divitias, sed quod hostium opibus cives augeret, se gloriari." De verbi ἀγάλλεσθαι propria vi vid. Ruhnk. ad Tim. in v. ἄγαλμα.

27. σφοδρότατος, *vehementissimus*, *asperrimus*. Vid. Held. ad Tim. 6. p. 343. cf. Plato Apol. 5. in fine. Opponitur huic adjectivo πρᾳότατον, quod vulgo animi tranquillitatem et lenitatem (de qua Periclis virtute v. Sintenis ad Per. 2. p. 61.), hoc tamen loco placidam ac mitem dicendi accusandique rationem indicat.

31. ἀφοσιούμενον] „Ἀφοσιοῦσθαι, quod *resecrandi* verbo accurate respondet, apud Nostrum haud est infrequens, ubi significat: *religionis causa aliquid facere*, *animum religione liberare*, *facere aliquid animi religione solvendi causa*, idque saepe non uberius, sed parce, ut saltem religioni satisfiat. Hinc altera nascitur significatio *repudiandi*, *aversandi* aliquid ut impium sive molestum. Exempla apud Wytt. vid. ad Phaed. 137. Plut. Mor. I. p. 489. &c." Baehr. ad Alc. 33. p. 239. Cf. Sint. ad Them. 24. p. 156. Voegelinus ad Brut. 39. p. 81. & in primis Held. ad Tim. 39. p. 499., qui apte verbi significationem, nostro quoque loco accommodatam, affert: „per simulationem facere aliquid, quod si non fecisses, crimini posset verti, — facere, ne non fecisse possis dici." Ceterum totum hoc Periclis cum Elpinice colloquium, iisdem fere verbis expressum, in-

XV. *Ἐκείνην μὲν οὖν ἀπέφυγε τὴν δίκην· ἐν δὲ τῇ λοιπῇ πολιτείᾳ παρὼν μὲν ἐκράτει καὶ συνέστελλε τὸν δῆμον ἐπιβαίνοντα τοῖς ἀρίστοις καὶ περισπῶντα τὴν πᾶσαν εἰς ἑαυτὸν ἀρχὴν καὶ δύναμιν, ὡς δὲ πάλιν ἐπὶ στρατείαν ἐξέπλευσε, τελέως ἀνεθέντες οἱ πολλοὶ καὶ συγχέαντες τὸν καθεστῶτα τῆς πολιτείας*

4. δὲ] καὶ C. 6. τῆς πολιτείας] τῇ πόλει C.

venitur Per. 10., ubi Sintenis p. 114. accuratius singula illustravit, quam ut h. l. iterum explicentur.

XV. 2. *συνέστελλε*] De hujus verbi apud Nostrum usu atque vi vid. ad. c. 12. init.

3. *ἐπιβαίνοντα τοῖς ἀρίστοις*] Ἐπιβαίνω τινὶ per metaph. eleganter sic a Nostro ponitur pro: *insultare*, *deprimere*, quod notavit Wytt. in Ind. Quam metaphoricam verbi vim, solo, ut puto, hoc loco apud Nostrum expressam, Herodotus, Thucydides & Xenophon ignorant. Alibi Noster eo sensu adhibuit *ἐπεμβαίνειν*, uti Flam. 21., ubi vide Baehr. 128.

5. *ἐξέπλευσε*] Quorsum profectus fuerit Cimon, dubitatur. Fuit, quum eandem intelligerem expeditionem, quam Noster iterum c. 16. in fine memorat, ad Lacedaemonios contra Messeniorum deficientium impetum adjuvandos susceptam. Hanc enim Clintonus ad annum refert 464. Nec mirabar, Cimonem, quo citius auxilium hoc Lacedaemoniis periclitantibus praestaret, cum classe in Peloponnesum trajecisse; unde terrestri itinere reversus, quum per Corinthum exercitum duceret (cf. Noster c. 17), a Lacharto Corinthio accusatus fuisse narratur, quod, venia non ante petita, eorum regionem permeare ausus esset. Quas Lacharti criminationes Cimonem, si terra, non mari, properasset Spartam, potius proficiscentem quam redeuntem sibi contracturum fuisse, statuebam. Sed alia docuerunt et Sintenis, quamnam Noster expeditionem velit, incertum esse statuens ad Per. 9. p. 107., et Wachsmuth. H. A. I. 2. p. 59. Anim. 69., verba *εἰς στρατείαν* ad alteram illam Cimonis contra Ithomen expeditionem referens, et O. Mueller. ad Aesch. Eum. p. 118. ad Aegyptium bellum iter illud pertinere ratus. Muelleri sententia, quam potissimum amplectendam censet Lucas, l. l. p. 52., Kruegeri rationibus repugnat, Aegyptii belli initium ad Ol. 79, 4. a. Chr. 460 referentis, l. l. p. 165.

— *ἀνεθέντες*] Ἀνίημι, *remitto*, apte a Nostro opponitur verbo *συστέλλω*, quo paulo ante usus erat.

6. *συγχέαντες*] Συγχεῖν, *confundere*, *miscere*, tam de animo, quam de rebus, quae perturbantur, Nostro usitatum est; cf. Baehr. ad Pyrrh. 16. p. 193. et Held. ad Aem. 16. p. 201. Simili metaphora usus est Herod. VII. 136: *συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα.*

κόσμον τά τε πάτρια νόμιμα, οἷς ἐχρῶντο πρότερον, Ἐφιάλτου προεστῶτος ἀφείλοντο τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς τὰς κρίσεις πλὴν ὀλίγων ἁπάσας, καὶ τῶν δικαστηρίων κυρίους ἑαυτοὺς ποιήσαντες εἰς ἄκρατον δημοκρατίαν ἐνέβαλον τὴν πόλιν, ἤδη καὶ Περικλέους δυναμένου καὶ τὰ τῶν πολλῶν φρονοῦντος. Διὸ καὶ τοῦ Κίμωνος, ὡς ἐπανῆλθεν, ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τῷ προπηλακίζεσθαι τὸ ἀξίωμα τοῦ συνεδρίου

7. τὰ πάτρια—πρότερον.] „Aut tota haec dictio, ut scholium dictionis τὸν καθεστῶτα τῆς πολιτείας κόσμον, inducenda sunt, et uncis utique inclusi, aut leg. est παρὰ τὰ πάτρια v. — quamquam prius magis probo." Reiskius. Coraes Reiskium secutus est. τε addidit Schaeferus, quod cum Sinteni assumsimus. 11. ἤδη καὶ [A] CBc: ἤδη vulg.

7. κόσμος, eleganter de constituto rerum *ordine* usurpatur, secundum quem in civitate omnia suo tempore locoque suo fiunt: quem qui perturbat, συγχεῖν, *perturbare*, remp. omniaque *commiscere* dicitur. Ita κοσμεῖν τοῖς πατρίοις νόμοις τὰ τοιαῦτα Sert. 22. *componere*, *justo modo instituere* notat. Cf. Held. ad Aem. 1. p. 125. Pariter Cic. de Rep. I. 27. 43. „—Sublato Areopago —, non tenebat *ornatum* suum civitas."

8. Ἐφιάλτου] De Ephialte v. supra ad c. 10.

— Ἀρείου πάγου] De anno, quo Areopagi fracta sit auctoritas, vid. Sint. ad Per. 9. p. 107.

10. εἰς ἄκρατον δημοκρατίαν ἐνέβαλον τὴν πόλιν, *in meram democratiam*, (populi regimen) *injecere civitatem*; in quibus singula vocabula violentam res novas moliendi omniaque perturbandi rationem exprimunt. Ἄκρατος, *merus*, in primis de vino, per translationem autem, de *libertate* et *democratia*, nullis legibus coërcita nullisque impedita vinculis, usurpatur. Deinde ἐμβάλλειν repentinam indicat reipubl. commutationem, qua subito multa, longi temporis confirmata usu, invertebantur et peribant. Apte autem nostro loco conveniunt, quae Per. 7. in fine, Noster habet: (Ephialtes) ὃς καταλυσε τὸ κράτος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς πολλὴν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, καὶ ἄκρατον τοῖς πολίταις ἐλευθερίαν οἰνοχοῶν, κ. τ. λ. Platonis dicterium, quod Noster utroque h. l. et praeterea Mor. p. 295. C. respexit, est de Rep. p. 562. C. D.: ὅταν δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ καὶ. πορρωτέρω τοῦ δέ-

καὶ πειρωμένου πάλιν ἄνω τὰς δίκας ἀνακαλεῖσθαι καὶ τὴν ἐπὶ Κλεισθένους ἐγείρειν ἀριστοκρατίαν κατεβόων συνίστάμενοι καὶ τὸν δῆμον ἐξηρέθιζον ἐκεῖνά τε τὰ πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἀνανεούμενοι καὶ Λακωνισμὸν ἐπικαλοῦντες. Εἰς ἃ καὶ τὰ Εὐπόλιδος διατεθρύλληται περὶ Κίμωνος, ὅτι

Κακὸς μὲν οὐκ ἦν, φιλοπότης δὲ καμελής·

18. ἀνανεούμενοι] ἀνακαλούμενοι C. 20. διατεθρύλληται cum Stephaniana nuperi.

οντος ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ, τοὺς ἄρχοντας δὴ, ἂν μὴ πάνυ πρᾷοι ὦσι καὶ πολλὴν παρέχωσι τὴν ἐλευθερίαν, κολάζει αἰτιωμένη ὡς μιαρούς τε καὶ ὀλιγαρχικούς. Vid. Sintenis ad Per. 7. p. 92.

15. πάλιν ἄνω τὰς δίκας ἀνακαλεῖσθαι, *rursus sursum causas revocare*, i. e. ab inferioris ordinis atque dignitatis hominibus, quibus Ephialtes eas commiserat, *rursus* ad *superius* tribunal, ad Areopagum, *revocare* eique *restituere* causas. De verbo ἀνακαλεῖν vid. supra ad c. 6. p. 73.

16. τὴν—ἀριστοκρατίαν] Ἐγείρειν ἀριστοκρατίαν, optimatum *restituere*, pp. denuo *suscitare* s. *excitare* imperium; nam ἐγείρειν primo de iis usurpatur, qui e *somno* excitantur, deinde de rebus, quae lapsae sive jacentes in pristinum restituuntur statum. Ἐπὶ Κλεισθένους, *Clisthenis tempore*, s. *Clisthene rebus praefecto*, nam ἐπὶ cum genit. indicare temporis spatium, per quod aliquid fiat, indicavit Kuehner. §. 611. De *Clisthene* Per. 3. haec Noster habet: Clisthenes, ὃς ἐξήλασε Πεισιστρατίδας καὶ κατέλυσε τὴν τυραννίδα γενναίως καὶ νόμους ἔθετο καὶ πολιτείαν ἄριστα κεκραμένην πρὸς ὁμόνοιαν καὶ σωτηρίαν κατέστησεν. Ceterum de Clisthene cons. K. F. Hermann. Ant. Gr. §. 110. sqq.

18. ἀνανεούμενοι] Ἀνανεοῦσθαι, quod apud Nostrum praeterquam h. l. in Bruto etiam c. 31. legitur, ubi *memoria recolere*, *in memoriam revocare* notat, hic magis *renovare*, *iterum iterumque memorare* valet.

19. Εὐπόλιδος] De Eupolide cf. quae in prooem. p. 33. disputata sunt, quibus addenda videtur Meinekii in Fragm. Poët. Com. Antiq. I. p. 512. ad hos versus annotatio: „Ad Πόλεις, ait, rettuli Hist. Crit. p. 109. propter Scholiastam Aristidis p. 515. ed. Dind. πεντήκοντα δὲ τάλαντα ἐπράξαντο (Κίμωνα). Δίδυμος δὲ φησιν οὐχ ὅτι ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι Ἐλπινίκην τῇ ἀδελφῇ συνῆν, αἴτιοι δὲ τῆς διαβολῆς οἱ κωμικοὶ, καὶ μάλιστα Εὔπολις ἐν Πόλεσιν. Composuit haec etiam Bergkius Comment. p. 200. Cfr. Tzetzes Chil. I, 590: ἔστι γὰρ πλῆθος ἄπειρον τῶν τοιούτων (de Cimonis cum sorore

Κἀνίοτ' ἂν ἀπεκοιμᾶτ' ἂν ἐν Λακεδαίμονι
Κἂν Ἐλπινίκην τήνδε καταλιπὼν μόνην.
Εἰ δ' ἀμελῶν καὶ μεθυσκόμενος τοσαύτας πόλεις εἵλε
καὶ τοσαύτας νίκας ἐνίκησε, δῆλον ὅτι νήφοντος αὐ- 25
τοῦ καὶ προσέχοντος οὐδεὶς ἂν οὔτε τῶν πρότερον
οὔτε τῶν ὕστερον Ἑλλήνων παρῆλθε τὰς πράξεις.

XVI. *Ἦν μὲν οὖν ἀπ' ἀρχῆς φιλολάκων· καὶ τῶν γε παίδων τῶν διδύμων τὸν ἕτερον Λακεδαιμόνιον ὠνόμασε, τὸν δ' ἕτερον Ἠλεῖον, ἐκ γυναικὸς αὐτῷ Κλειτορίας γενομένους, ὡς Στησίμβροτος ἱστορεῖ·*

22. *, κἀνίοτ' ἂν* Porsonus cf. Runkelii syllog. p. 178 Bergkii comment. p. 200: libri *κἀνίοτ.*' Sint.

4. *Κλειτορίας* Coraes: libri *κλιτορίας*, v. Sint. ad Per. p. 205 et ann. nostr.

consuetudine) *γεγραφότων, οἱ κωμικοὶ καὶ ῥήτορες, Διόδωρος καὶ ἄλλοι.*"

22. Κἀνίοτ' ἂν. „Prius ἂν a Porsono ad Orest. 581 additum. Blomfieldius ad Aesch. Prom. 795 tentabat *κἂν ἐνίοτ' ἀπεκοιμᾶτο*, Reiskius *κἀνίοτε δ' ἀπεκοιμᾶτο.*" Mein.

23. *τήνδε*] „ Fortasse *τῆδε*. Latine reddidit Grotius Excerptis p. 504:

Malus haud erat, sed potor atque indiligens;
Nam pernoctabat saepius Lacedaemone
Solam relinquens Elpinicen hanc domi." Mein.

XVI. 1. *φιλολάκων*] De Cimonis laconismo vid. Lucas l. l. p. 46, sqq.

— *καὶ τῶν γε παίδων κ. τ. λ.*] Vid. de Cimonis filio, *Lacedaemonio* dicto, a Pericle vexato, Thuc. I. 45. & Noster Per. 29. ubi: Pericles, inquit, *ψηφισαμένου τοῦ δήμου τὴν βοήθειαν* (Corcyraeis adversus Corinthios mittendam), *ἀπέστειλε δέκα ναῦς μόνας ἔχοντα Λακεδαιμόνιον, τὸν Κίμωνος υἱὸν, οἷον ἐφυβρίζων· πολλὴ γὰρ ἦν εὔνοια καὶ φιλία τῷ Κίμωνος οἴκῳ πρὸς Λακεδαιμονίους. Ὡς ἂν οὖν, εἰ μηδὲν ἔργον μέγα μηδ' ἐκπρεπὲς ἐν τῇ στρατηγίᾳ τοῦ Λακεδαιμονίου γένοιτο, προσδιαβληθείη μᾶλλον εἰς τὸν λακωνισμὸν, ὀλίγας αὐτῷ ναῦς ἔδωκε καὶ μὴ βουλόμενον ἐξέπεμψε.* (Aliam tamen paucitatis navium fuisse causam Diod. Sic. XII. 33. tradit; decem extemplo triremes bene instructas Athenienses misisse, post, ubi res postularet, plures se missuros fuisse pollicitos memorans. Cf. Poppo ad Thuc. l. l. et Sinten. ad h. l. p. 204.) *Καὶ ὅλως διετέλει κολούων (τοὺς Κίμωνος υἱοὺς) ὡς μηδὲ τοῖς ὀνόμασι γνησίους, ἀλλ' ὀθνείους καὶ ξένους, ὅτι τῶν Κίμωνος υἱῶν*

διὸ πολλάκις τὸν Περικλέα τὸ μητρῷον αὐτοῖς γένος ὀνειδίζειν. Διόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς καὶ τούτους φησὶ καὶ τὸν τρίτον τῶν Κίμωνος υἱῶν Θεσσαλὸν ἐξ Ἰσοδίκης γεγονέναι τῆς Εὐρυπτολέμου τοῦ Μεγακλέους. Ἠξιώθη δ' ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἤδη τῷ Θεμιστοκλεῖ προσπολεμούντων καὶ τοῦτον ὄντα νέον ἐν Ἀθήναις μᾶλλον ἰσχύειν καὶ κρατεῖν βουλομένων. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι τὰ πρῶτον ἡδέως ἑώρων οὐ μικρὰ

5. διὸ AC: δι' ὃ vulg. 7. θεσσαλῶν B. cf. Sint. ad Per. l. l. 9. δὲ ὑπὸ C. 10. νέον ὄντα C.

τῷ μὲν ἦν Λακεδαιμόνιος ὄνομα, τῷ δὲ Θεσσαλός, τῷ δὲ Ἠλεῖος· ἐδόκουν δὲ πάντες ἐκ γυναικὸς Ἀρκαδικῆς γεγονέναι. Ad q. l. Sintenis: „Quid secutus sit Cimon in his filiorum suorum nominibus ab uno relatum video Scholiasta ad Aristid. III. p. 515. Dind.: υἱοὺς δὲ ἔσχεν ἓξ, ὧν τοὺς μὲν τρεῖς ἀπὸ ἐθνῶν, ὧν προὐξένισεν, ὠνόμασε, Λακεδαιμόνιον, Ἠλεῖον, Θετταλόν, τοὺς δὲ τρεῖς ἀπὸ ὀνομάτων τῆς συγγενείας, Μιλτιάδην, Κίμωνα καὶ Πεισιάνακτα. Idem consentit cum Diodoro de uxore Isodice." Quae autem (in Per. 29.) *Arcadia* memoratur mulier, eandem h. l. Κλειτορίαν dici, ibidem Sintenis monet: „nam Κλείταρ urbs vocatur Straboni libr. VIII. p. 388. T. III. p. 318. Tz. et Κλειτορίων πόλις ad Κλείτορα fluvium sita Pausaniae libr. VIII. 21. &c."

6. Διόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς] Videantur quae in prooemio de fontibus, unde Plutarchus ad Cimonis vitam conscribendam sua hauserit, disputavimus, p. 30 et 31.

7. Θεσσαλὸν] In celeberrima illa Alcibiadis causa, *impietatis* actio huic *Thessalo* auctori tribuitur a Nostro in Alc. 19.: ταῦτα γὰρ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ γέγραπται Θεσσαλοῦ τοῦ Κίμωνος εἰσαγγείλαντος Ἀλκιβιάδην ἀσεβεῖν περὶ τὼ θεώ· & c. 22.: τὴν μὲν οὖν εἰσαγγελίαν οὕτως ἔχουσαν ἀναγράφουσι· „Θεσσαλὸς Κίμωνος Λακιάδης Ἀλκιβιάδην Κλεινίου Σκαμβωνίδην εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ κ. τ. λ. Ubi vide Baehr. p. 182. de actione εἰσαγγελίᾳ dicta deque toto hoc Alcibiadis periculo.

9. τῷ Θεμιστοκλεῖ προσπολεμοῦντων] Προσπολεμεῖν τινι, *repugnare*, *bellum inferre alicui*, *bello persequi aliquem* apud Xen. Anab. I, 6, 6 cum accus. legitur, de qua constr. egit Poppo ad Thuc. I. 26, p. 223.

12. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι-Κίμωνος.] Reiskius vertit: „Erat id populo Atheniensi primum jucundum, quod benevolentia in eum Lacedaemoniorum magnum fructum ipsis ferret. *Initio enim incrementi, quod essent negotiis socialibus implicati, honore et gratia Cimonis non offendebantur.*" Was-

τῆς πρὸς ἐκεῖνον εὐνοίας τῶν Σπαρτιατῶν ἀπολαύοντες· αὐξανομένοις γὰρ αὐτοῖς κατ' ἀρχὰς καὶ τὰ συμμαχικὰ πολυπραγμονοῦσιν οὐκ ἤχθοντο τιμῇ καὶ χάριτι τοῦ Κίμωνος. Τὰ γὰρ πλεῖστα δὶ ἐκείνου τῶν Ἑλληνικῶν διεπράττετο, πρᾴως μὲν τοῖς συμ-

16. τοῦ] τῇ C.

senb. & Bosscha belgice: „Ook toonden deze, in het eerst, hierin veel genoegen te nemen, nademaal zij uit de gemelde goede gunst, door de Spartanen aan Cimon toegedragen, niet weinig voordeel trokken. *Want daar hunne magt nu eerst aanvankelijk begon te wassen, en zij er, insonderheid, over uit waren, om de bondgenooten tot zich over te brengen, vonden zij geene redenen om het zeer kwalijk te nemen, dat Cimon zoo zeer vereerd werd en begunstigd.*" Posteriorem sententiae partem neutri, ut mihi videntur, bene ceperunt; ad praecedens enim Ἀθηναῖοι pariter dativum αὐξανομένοις αὐτοῖς — καὶ — πολυπραγμονοῦσι atque verbum ἤχθοντο retulerunt; ita ut sensus foret: αὐξανομένοις γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις — οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ ἤχθοντο κ. τ. λ., cujusmodi dictionis exemplum alibi frustra quaesiveris. Nam ne Thucydidea quidem loca (a Poppone Prol. I. 1. p. 123 allata), in quibus dativum pro nominativo dictum Scholiasta et plerique interpretes male sibi invenisse visi sunt, ad talem nostri loci structuram et explicandam et excusandam adhiberi possunt. Malo igitur verba hoc modo exponere: οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἤχθοντο αὐτοῖς (Atheniensibus) αὐξανομένοις κατ' ἀρχὰς καὶ πολυπραγμονοῦσι τὰ συμμαχικὰ τιμῇ καὶ χάριτι τοῦ Κίμωνος; *Lacedaemonii enim non aegre ferebant, eos initio crescere et sociorum rebus implicari (se immiscere) propter Cimonis honorem et gratiam.* Ita dativus cum participio regitur a verbo ἄχθομαι, quae structura, (pariter usurpata in Solon. 28. ὁ Αἴσωπος ἠχθέσθη τῷ Σόλωνι μηδεμιᾶς τυχόντι φιλανθρωπίας, et Arist. 20. οἷς τιμωμένοις οὐδέτεροι ἄχθονται,) et legibus, quas verba animi affectuum universe sequuntur, prorsus convenit, neque a contextae orationis sensu abhorret. Porro dativi τιμῇ καὶ χάριτι, quos Reiskius et Belgici interpretes pro verbi regimine habuerunt, causam continent, ob quam Lacedaemonii crescentem Atheniensium non aegre ferrent potestatem.

15. πολυπραγμονοῦσιν] „Πολυπραγμονεῖν dicuntur non solum, qui multa simul agunt, sed qui sedulo et curiose agunt, aliena praesertim et nihil ad ipsos pertinentia, ut περιεργάζεσθαι." Schoemann. ad Agid. 7, 3.; quam vim nostro quoque loco verbum πολυπραγμονεῖν habet, quamvis alibi, ut. Lycurg. 18., bono sensu accipiendum. Vid. Baehr. ad Philop. 19. p. 69 & Sturz. Lex. Xenoph.

17. πρᾴως μὲν κ. τ. λ.] Eodem fere modo supr. c. 6. „Cimon ὑπολαμβάνων πρᾴως τοὺς ἀδικουμένους καὶ φιλανθρώπως ἐξο-

μάχοις, κεχαρισμένως δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις ὁμιλοῦντος. Ἔπειτα δυνατώτεροι γενόμενοι καὶ τὸν Κίμωνα τοῖς Σπαρτιάταις οὐκ ἠρέμα προσκείμενον ὁρῶντες ἤχθοντο. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπὶ παντὶ μεγαλύνων τὴν Λακεδαίμονα πρὸς Ἀθηναίους καὶ μάλιστα ὅτε τύχοι μεμφόμενος αὐτοῖς ἢ παροξύνων, ὥς φησι Στησίμβροτος, εἰώθει λέγειν· „Ἀλλ' οὐ Λακεδαιμόνιοί γε τοιοῦτοι." Ὅθεν φθόνον ἑαυτῷ συνῆγε καὶ δυσμένειάν τινα παρὰ τῶν πολιτῶν. Ἡ δ' οὖν ἰσχύσασα μάλιστα κατ' αὐτοῦ τῶν διαβολῶν αἰτίαν ἔσχε τοιαύτην. Ἀρχιδάμου τοῦ Ζευξιδάμου τέταρτον

18. ὁμιλοῦντες ACBcV. 21. ἤχθοντο δυσφοροῦντες C. 22. τὸν λακεδαίμονα A.

μιλῶν ἔλαθεν—τὴν ἡγεμονίαν—παρελόμενος," et Arist. 23. „Aristides αὐτός τε πρᾴως καὶ φιλανθρώπως (τοῖς συμμάχοις) ὁμιλῶν καὶ τὸν Κίμωνα παρέχων εὐάρμοστον αὐτοῖς καὶ κοινὸν ἐν ταῖς στρατείαις κ. τ. λ. — De ἐξομιλεῖν & ὁμιλεῖν vid. supra ad c. 6. p. 72.

20. οὐκ ἠρέμα προσκείμενον] De verbo προσκεῖσθαι πόλει s. τῷ πολεμίῳ, in malam partem usurpato, ita ut notet *imminere semper*, *instare urbi* s. *hosti*, vid. supra ad c. 1. p. 48. Hoc autem loco, prouti etiam in Bruto, sub finem, *adhaerere*, *favere*, *addictum esse* valet. Οὐκ ἠρέμα, quod Nostro frequens est, vulgo *haud mediocriter*, *vehementer*, *magnopere* significat.

21. ἐπὶ παντὶ, *omni in re*, *quavis opportunitate*. Μεγαλύνω, *laudare*, *magnifice praedicare*, frequens est Plutarcho; frequentius apud Xenoph. μεγαλύνεσθαι, *efferri*, *gloriari*, *sibi placere*.

23. ὅτε cum Optat. poni pro *quotiescunque*, *ubicunque*, si res indicetur sola in cogitatione posita, ubi unum de pluribus factis, sed illud incertum, commemoretur, docuit Hermann. ad Vig. p. 902.

25. φθόνον ἑαυτῷ συνῆγε—παρὰ τῶν πολιτῶν, *invidiam sibi apud cives contrahebat*, *excitabat*, quam verbi notionem Passovius, Plutarchi subinde negligentior, omisit.

28. Ἀρχιδάμου—σεισμός.] Vehementissimum hunc terrae motum, quem Diod. XI. 63. male (sibique ipse repugnans, uti patet ex XI. 64 et 84.) ad Ol. 77. 4. a. Chr. 469 refert, ad a. Chr. 466 referendum esse, tum ex Thuc. tum in primis nostro loco Krueger. l. l. p. 149. seqq. probare studet; nam ex ipso Diod. XI. 46 (lege: 48) et XII. 35., Archidamum XLII annos regnavisse, ex Thuc. autem III. 89 et III. 26., eum Ol. 88. 1. a. Chr. 427 etiam vixisse, sed infirmae va-

ἔτος ἐν Σπάρτῃ βασιλεύοντος ὑπὸ σεισμοῦ μεγίστου δὴ τῶν μνημονευομένων πρότερον ἥ τε χώρα τῶν Λακεδαιμονίων χάσμασιν ἐνώλισθε πολλοῖς καὶ τῶν Ταϋγέτων τιναχθέντων κορυφαί τινες ἀπερράγησαν, αὐτὴ δ' ἡ πόλις ὅλη συνεχύθη πλὴν οἰκιῶν πέντε, τὰς δ' ἄλλας ἤρειψεν ὁ σεισμός. Ἐν δὲ μέσῃ τῇ στοᾷ γυμναζομένων ὁμοῦ τῶν ἐφήβων καὶ τῶν νεανίσκων λέγεται μικρὸν πρὸ τοῦ σεισμοῦ λαγὼν παραφανῆναι καὶ τοὺς μὲν νεανίσκους, ὥσπερ ἦσαν ἀλληλιμμένοι, μετὰ παιδιᾶς ἐκδραμεῖν καὶ διώκειν, τοῖς δ' ἐφήβοις ὑπολειφθεῖσιν ἐπιπεσεῖν τὸ γυμνάσιον, καὶ πάντας ὁμοῦ τελευτῆσαι. Τὸν δὲ τάφον αὐτῶν ἔτι νῦν Σεισματίαν προσαγορεύουσι. Τα-

35. καὶ νεανίσκων C. 39. ὑποπεσεῖν C.

letudinis causa non praefuisse exercitui, efficit. Rospattius l. l. p. 6., quamquam plurima Kruegero assentitur, non tamen anno 466, sed 465 terrae motum accidisse, probabile censet.

30. ἥ τε χώρα—πολλοῖς, *Lacedaemoniorum terra in multos prolapsa fuit hiatus*; nam ὀλισθαίνω *desidere*, *labascere*, *nutare* valet.

33. συνεχύθη, *concidit; collapsa, dejecta fuit*; quae propria est atque prima verbi notio; de metaphorico contra ejus usu vid. supra ad c. 15, p. 126.

35. τῶν ἐφήβων καὶ τῶν νεανίσκων] Ita a Nostro utrique distingui videntur, ut ἔφηβοι sint *adolescentes*, τῇ ἥβῃ, *pubertati* proximi, annum fere duodevigesimum agentes; νεανίσκοι autem *juvenes*, aetate jam provectiores; νεανίσκον enim aliquoties permutari cum voce ἀνήρ, monuit Sturz. Lex. Xen. in v., qui affert e Phavorin. νεανίσκος ἀπὸ ἐτῶν εἰκοσιτριῶν ἕως ἐτῶν τριακοντατεσσάρων, ἢ τεσσαράκοντα ἑνός. Cf. Passovius in Lex.

37. παραφανῆναι, *juxta* sive *prope porticum apparuisse*; hanc enim vim in praepositione παρὰ h.l. inesse, haud est quod exemplis demonstremus.

38. μετὰ παιδιᾶς, *ludi s. delectationis causa*; nam μετὰ cum genit. ad rationem sive modum rei agendae indicandum inservire, ita ut *causalis* sit relatio, monuit Kuehner. A. Gr. § 614. I. 2.

— ἐκδραμεῖν καὶ διώκειν, *prodiisse* et *persecutos esse*; quorum prius aoristo expressum est, quippe actionem indicans, uno temporis momento perfectam; posterius contra in imperfecto positum, ad rem durantem necdum confectam significandam.

41. Σεισματίαν] Ὁ σεισμα-

χὐ δὴ συνιδὼν ἀπὸ τοῦ παρόντος τὸν μέλλοντα κίν-
489 δυνον ὁ Ἀρχίδαμος καὶ τοὺς πολίτας ὁρῶν ἐκ τῶν
οἰκιῶν τὰ τιμιώτατα πειρωμένους σώζειν ἐκέλευε τῇ
σάλπιγγι σημαίνειν· ὡς πολεμίων ἐπιόντων, ὅπως 45
ὅτι τάχιστα μετὰ τῶν ὅπλων ἀθροίζωνται πρὸς αὐ-
τόν. Ὁ δὴ καὶ μόνον ἐν τῷ τότε καιρῷ τὴν Σπάρ-
την διέσωσεν. Οἱ γὰρ Εἵλωτες ἐκ τῶν ἀγρῶν συνέ-
δραμον πανταχόθεν ὡς συναρπασόμενοι τοὺς σεσω-
σμένους τῶν Σπαρτιατῶν. Ὡπλισμένους δὲ καὶ συν- 50
τεταγμένους εὑρόντες ἀνεχώρησαν ἐπὶ τὰς πόλεις καὶ
φανερῶς ἐπολέμουν τῶν τε περιοίκων ἀναπείσαντες
οὐκ ὀλίγους καὶ Μεσσηνίων ἅμα τοῖς Σπαρτιάταις
συνεπιθεμένων. Πέμπουσιν οὖν οἱ Λακεδαιμόνιοι
Περικλείδαν εἰς Ἀθήνας δεόμενοι βοηθεῖν, ὃν φησι 55
κωμῳδῶν Ἀριστοφάνης καθεζόμενον ἐπὶ τοῖς βω-

44. ἐκέλευσε C cum Schaefero. 48. , Εἵλωτες Coraes post Amiotum aliosque: ἰδιῶται libri, Εἰλῶται Reiskius forma non Plutarchea.' Sint. 49. συναρπασόμενοι B.

τίας apud Diog. Laërt. VII. 154. tempestas dicitur terrae motum excitans; nostro autem loco adjective τῷ τέφῳ additum esse videtur, ad dirae rei memoriam conservandam.

42. συνιδὼν, *quum intellexisset*; quam verbi significationem apud Nostrum frequentissimam esse, exemplis probarunt Sintenis ad Them. 7. p. 48. & Baehr. ad Philop. 6. p. 23.

47. Ὅ — διέσωσεν.] Eodem modo in Pyrrho 27. brevissime rem gravissimam enuntiat: Καὶ τοῦτο δὴ μάλιστα τὴν πόλιν ἔσωσε. —

49. συναρπασόμενοι] Συναρπάζειν praesertim dicuntur aves, rostris et unguibus praedam *corripientes*; Xenoph. Cyr. II, 4, 14.; deinde usurpatur de iis, qui in bello capiuntur, sive potius *corripiuntur s. comprehenduntur*, uti apud Nostrum Pel. 5. Marc. 29. & Crass. 9. Nostro autem loco potissimum *imparatos deprehendere et opprimere* notat; quod ex iis, quae sequuntur, φανερῶς ἐπολέμουν, patere mihi videtur.

52. τῶν τε περιοίκων ἀναπείσαντες — συνεπιθεμένων.] Hujusmodi participiorum, in diversis casibus sibi invicem oppositorum, structura admodum delectari Plutarchum, exemplorum copia probavit Baehr. ad Philop. 10, p. 40.

56. κωμῳδῶν] Comica Aristo-

μοῖς ὠχρὸν ἐν Φοινικίδι στρατιὰν ἀπαιτεῖν. Ἐφιάλτου δὲ κωλύοντος καὶ διαμαρτυρομένου μὴ βοηθεῖν μηδ' ἀνιστάναι πόλιν ἀντίπαλον ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἀλλ' ἐᾶν κεῖσθαι καὶ πατηθῆναι τὸ φρόνημα τῆς Σπάρτης, Κίμωνά φησι Κριτίας τὴν τῆς πατρίδος αὔξησιν ἐν ὑστέρῳ θέμενον τοῦ Λακεδαιμο- 60

57. ἐπαιτεῖν AC: ἀπαιτεῖν vulg., προσαιτῶν Aristophanes.

phanis vis, in cavillando Spartano viro conspicua, in primis in eo cernitur, quod *pallidus* vultus *puniceo* vestis colori opponatur. In bello enim *punicea veste* induti esse debebant Lacedaemonii, quod docet Thom. Mag.: φοινικὶς, ἔνδυμα Λακωνικὸν, ὁπότε εἰς πόλεμον ἴοιεν, ὁμόχρουν αἵματι, ὡς ἂν, εἴ ποτε πληγῆναι συμβαίη, μὴ εἰς φιλοψυχίαν αὐτοὺς ἐμβάλῃ τὸ αἷμα ὁρώμενον. Cf. Sturz. Lex. Xen. in voce φοινικίς.

58. διαμαρτυραμένου] Διαμαρτύρεσθαι, *obsecrare, obtestari, obtestationibus adhibitis*, s. *sanctissime admonere*. Quod autem dignum est, ad quod attendas, ita fere a Nostro διαμαρτύρεσθαι usurpatur, ut vim alterius verbi, cui adjunctum est, *obsecrationibus firmatam atque intentam* esse notet, e. c. Lucull. 24: καταβοᾶν καὶ διαμαρτύρεσθαι τοὺς δημαγωγούς, *clamores* (in Lucullum) *sustulisse atque obsecrationibus suas querelas firmasse tribunos plebis;* Nic. 12: a bello siculo Athenienses ἀπέτρεπε καὶ διεμαρτύρετο, *obtestationibus adhibitis deterrebat;* Crass. 16: πρῶτον μὲν ἀπὸ φωνῆς ἐκώλυε καὶ διεμαρτύρετο μὴ βαδίζειν, *primum verbis eum, ne proficisceretur impedire studebat et obtestabatur;* pariter nostro loco: Ἐφιάλτου κωλύοντος καὶ διαμαρτυρομένου μὴ βοηθεῖν, *Ephialte, ne auxilium ferrent, impedire conante, idque obsecrationibus urgente.* Vid. etiam Lys. 17.

59. ἀνιστάναι hoc loco i. q. ἀνορθοῦν *erigere, extollere* ea, quae prostrata jacent, eadem fere significatione legitur Them. 4: τὴν Ἀθηναίων πόλιν αὖθις ἀνέστησαν αἱ τριήρεις ἐκεῖναι (ubi vid. Sint. p. 31.), Alcib. 32: τὴν πόλιν—ἐκ λυπρῶν ἔτι λειψάνων ἀναστήσας, & Arist. 10: τήν τε πόλιν αὐτοῖς ἀναστήσειν ἐπαγγελλομένου. De altera verbi notione, qua ἀνιστάναι dicuntur, qui sedibus suis homines expellunt et in alia loca transmigrare cogunt, docte egit Held. ad Tim. 1, p. 305. & Schoemann. ad Cleom. 27, p. 257.

— ἀντίπαλον potissimum eum vocant, qui, viribus minime impar, in certamine cum aliquo aemulari et possit et soleat. Quod vel maxime hic quoque spectatur, quoniam de aemulatione agitur atque de certamine, quod jamjam inter duas principes Graeciae civitates erupturum videbatur. Frequens autem Nostro est hoc epitheton, uti Lyc. 13. Them. 20. Camill. 7. Aemil. 7. &c.

62. ἐν ὑστέρῳ θέμενον] Satis in vulgus nota est dictio ἐν λόγῳ τίθεσθαί τι, *aliquo loco* s.

νέων συμφέροντος ἀναπείσαντα τὸν δῆμον ἐξελθεῖν βοηθοῦντα μετὰ πολλῶν ὁπλιτῶν. Ὁ δ' Ἴων ἀπομνημονεύει καὶ τὸν λόγον, ᾧ μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἐκίνησε παρακαλῶν μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα περιϊδεῖν γεγενημένην.

XVII. Ἐπεὶ δὲ βοηθήσας τοῖς Λακεδαιμονίοις

64. ὁ δ' Ἴων δ' C.

numero aliquid habere. Huic cognata est, quae et hic legitur, ἐν ὑστέρῳ τίθεσθαί τί τινος, *postponere aliquid alicui*, et in Pelop. 29. Arist. 6. Mar. 23. De illa egerunt Baehr. ad Flam. 18, p. 123 & Schoemann. ad Agid. 16, p. 150.

64. μετὰ πολλῶν ὁπλιτῶν.] Aristoph. Lysistr. 1138. sqq. *quatuor millia* numerat.

66. μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα περιϊδεῖν γεγενημένην, *neve Graeciam claudam factam, neve urbem socia destitutam sinerent.* Duplex in his comparet imago, quarum neutra veri poëtae ingenio est indigna. Priore imagine Graecia, ut femina, exhibetur, duabus urbibus, Athenis & Lacedaemone tamquam pedibus innixa, quarum altera sublata claudam illam reddit. Posterior ambas urbes bigis assimilat, sive jumentorum pari, nec viribus imparium, et temporis diuturnitate sibi invicem adsuetorum; quorum utrumque ὁμόζυξ dici solet, uno autem sublato, alterum eleganter ἑτερόζυξ vocatur. Ab hac similitudine haud multum differt Euripidea in Phoen. (edit. Valcken. vs. 331.) ubi Eteoclem & Polynicem, *par fratrum*, aetate propemodum aequalium, poëta dixit ἀπήναν ὁμόπτερον, quod Scholiastes optime explicat ζεῦγος συγγενικόν; nam ζεῦγος, *jugum*, de jumentis proprie positum, apud elegantiores non tantum, sed in plebejo quoque sermone, de quovis ejusdem generis *pari* positum τὴν δυάδα notare, ibi docet Valcken. p. 233. Pari fere modo Justin. V. 8.: „Cum multi delendum Atheniensium nomen, urbemque incendio consumendam censerent, negarunt se Spartani *ex duobus Graeciae oculis alterum eruturos.*" Quod ipse Noster in Polit. Praec. 803, A. dixit: Μὴ ποιήσητε ἑτερόφθαλμον τὴν Ἑλλάδα. Ceterum hanc vim adjectivi ἕτερος in compositis esse, ut notet *alteram* tantum *rei partem* esse *integram*, *deesse* alteram, exempla probant et adjectivi apud Nostrum frequentis, ἑτερόφθαλμος, et apud Xenoph., ἑτεροκλινὴς, *ab altera parte declivis*, ἑτερόγναθος, (equus) qui *in alterum modo latus flecti potest propter maxillae duritiem.*

XVII. 1. Ἐπεὶ δὲ βοηθήσας κ. τ. λ.] Accurate Plutarchus duas Atheniensium distinguit expeditiones, auctore et duce Cimone, ad Lacedaemonios periclitantes adjuvandos susceptas; quarum posteriorem tantum Thucydides memoravit; a cujus interpretibus ad unum omnibus ad posteriorem tracta esse, quae et Plutarchus et Aristophanes Lysistr. vs. 1140. de priore memoriae mandaverunt,

cum maxime miror. Hanc nempe (ad Thuc. Poppon. in Tab. Chron. ad 465 relatam,) eodem anno, quo terrae motum, a. C. 464, illam demum a. 461 factam esse, statuit Clinton. Quibusnam autem ex fontibus haec sua Noster hauserit, quamquam non certo constat, vix tamen aut *Ionem Chium*, aut *Stesimbrotum Thasium*, aut *Critiam* tyrannum ei viam praeivisse dubitaverim, quippe quorum primum in fine c. 16., alterum in tota hac Vitae parte saepius ipse testem citaverit, tertii autem ipsa etiam verba eodem c. 16. extr. attulerit. Nec profecto hac in re a Thucydide Plutarchum temere discessisse, sed uberioribus fontibus usum, illius brevitatem compensare studuisse existimo. Quocirca Nostro, haec omnia tam accurate studioseque enarranti, haud scio an plus quam Thucydidi tribuendum censeam, quamquam religiosi harum rerum judices Lucas et Kruegerus, ut solent, a Thucydidis stant partibus. Ille enim p. 60. Ann. 55., Nostrum haec enarrantem negligentiae arguens, se mirari dicit, Plutarchum, *ceteroquin Thucydidis fere verbis hic usum*, non *unam* cum Thucydide, sed, nullo teste adhibito, *duas* memorare expeditiones. Ad quarum posteriorem suscipiendam quomodo Athenienses Cimon, post gravissimas cum Ephialte atque populo, ab ipso Nostro relatas, altercationes, movere potuerit, nullo modo se intelligere fatetur. Tum vero etiam ex Thucydidis verbis: ὡς αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἐν Ἰθώμῃ ἐμηχύνετο ὁ πόλεμος, ἄλλους τε ἐπεκαλέσαντο ξυμμάχους, καὶ Ἀθηναίους, manifestum esse statuit, aliquot demum annis post susceptum Messenium illud *decem annorum* bellum Atheniensium subsidia Spartanis fuisse missa. Quod tamen posterius argumentum parvi habebis, si cum Kruegero l. l. p. 149 seqq. belli initium ad a. 466, Cimonis profectionem ad a. 464 retuleris. Praeterea in hac saltem narratione Thucydidis verbis Nostrum *non* usum esse, supra p. 11. jam monui. Kruegerus autem p. 154. seqq., id quoque unice agens, ut Thucydidis epitomen ab omni negligentiae culpa defendat, et Pausaniam 3, 24, 2., et Lesbonact. προτρ. p. 24. Reisk., et Plutarchum, ab Aristophanis scilicet Lysistrata omnes pariter deceptos, Messeniorum defectionem opemque Lacedaemoniis a Cimone latam *ad idem* retulisse *tempus*, statuit; Plutarchum vero, ut cum Aristophane Thucydidem conciliaret, *duas* memorasse Cimonis in Messenios expeditiones; quam opinionem quo magis amplecteretur, *male intellectis* Jonis et Critiae locis inductum fuisse existimat. Nec tamen ipsius Thucydidis in hoc Messenio bello enarrando ἀκρίβειαν satis propugnari posse, Kruegerus sentit, quin pro *decem* annis (per quos bellum gestum esse tam Thuc. I. 103. quam Diod. XI. 64. tradit;) apud Thuc. *quatuor* legendum fateatur. Quae emendatio, quamvis ingeniose excogitata et ad Thucydideam narrationem a negligentia vindicandam aptissima, dubito tamen an nostrae rationi sit anteponenda. Nos enim, de fide Thucydidis nihil detrahentes, ut supra p. 11 seq. jam docuimus, aliud Thucydidis, aliud Plutarchi fuisse propositum, ideoque hunc, uberioribus praeterea fontibus, v. c. Jone et Critia, usum, multa memorasse censemus, quae brevitatis fortasse studio ille neglexerit. Plutarchi igitur, *priorem* illam Cimonis profectionem Jone et Critia verosimiliter auctoribus commemorantis, non negligentia vituperanda nobis, sed laudanda potius videtur diligentia. Nec miramur profecto, contra Kruegeri horum temporum rationes, ad

ἀπῄει διὰ Κορίνθου τὴν στρατιὰν ἄγων, ἐνεκάλει Λάχαρτος αὐτῷ πρὶν ἐντυχεῖν τοῖς πολίταις εἰσαγαγόντι τὸ στράτευμα· καὶ γὰρ θύραν κόψαντος

4. κόψαντος], κόψαντες cum Bryano Coraes, κόψαντα Schaefer.

unam quippe Thucydidis epitomen propugnandam fere institutas, ex industria Joh. Jos. Rospattium suas scripsisse *symbolas chronologicas*, supra jam saepius memoratas. Quae quidem symbolae (quas pariter atque Kruegeri studia historicophilologica post majorem opusculi mei partem typis jam expressam mihi demum innotuisse doleo,) iisdem omnino argumentis, quibus supra in prooem. p. 10. seqq. usi sumus, nimium illud et Thucydidis unice sequendi, et omnes reliquos ad hujus epitomen accommodandi studium refellentes p. 3., cum plures alios in Kruegeri rationibus errores, tum p. 6. seqq. eos, qui ad tempus, de quo agimus, spectant, coarguunt. Si autem quaeris, quomodo et Plutarchea *duplicis* a Cimone Lacedaemoniis lati auxilii commemoratio cum Thucydidis narratione componi, et *decem* tamen annorum belli Messenii, ab eo et Diodoro facta, mentio servari posse nobis videatur; Tabulae chronologicae, supra p. 39. allatae, hoc te docebunt. Nam cum Kruegero belli Messenii initium ad a. 466 ita referentibus, ut hunc ipsum *primum belli annum* habeamus, Tanagrensem autem pugnam a. 457 factam esse cum Clintono et Rospattio statuentibus, ante hanc pugnam Messenium bellum finitum fuisse, et decimo quidem anno suo, cogitari nobis potest. Atque ita etiam Cimon, dummodo non a. 463 secundum Kruegerum, sed aut a. 461 secundum Clintonum et Rospattium, aut a. 458 ex nostra, quam Lucas quoque commendavit, sententia

exsilium missus esse dicatur, *bis* Spartae opem ferre potuit. Quum autem hujus non sit loci, plura, quae contra Kruegeri rationes afferre possemus, exponere argumenta, unum illud verbo memorasse sufficiat, quod, ex Megarensium, a Corinthiis ad Athenienses transeuntium, defectione ductum, paulo inferius ad vocem Μεγαρέων exponetur.

2. ἐνεκάλει—αὐτῷ—εἰσαγαγόντι τὸ στράτευμα, *cum accusabat intro duxisse exercitum.* Haud vulgari structura participium ita post ἐγκαλεῖν positum fuit, quod verbum dativum personae et genitivum rei post se habere solet. Nam quae leguntur Arist. 10. Ἀριστείδης—τῆς μὲν βραδυτῆτος αὐτοῖς (Lacedaemoniis) ἐνεκάλει καὶ τῆς ὀλιγωρίας προσμένοις αὖθις τῷ βαρβάρῳ τὰς Ἀθήνας, in iis genitivus ὀλιγωρίας ab ipso verbo pendet, participium vero appositum esse patet ad hunc genit. explicandum. Uti autem nostro loco post ἐγκαλεῖν, ita semel quoque, quantum scio, post αἰτιάομαι Caes. 7: (οἱ περὶ Πείσωνα καὶ Κάτλον ᾐτιῶντο Κικέρωνα, Φεισάμενον Καίσαρος κ. τ. λ.) participium Noster posuit; quamquam post αἰτιᾶσθαι apud Xenoph. (cf. Sturz. Lex. Xen.) infinitivus, apud Nostrum infinitivus vel ὅτι sequi solet, quae particula post utrumque verbum αἰτιᾶσθαι & ἐγκαλεῖν legitur de Adul. & Amic. discr. 60. A.

4. καὶ γὰρ θύραν κόψαντος

ἀλλοτρίαν οὖν εἰσιέναι πρότερον ἢ τὸν κύριον κε- 5
λεῦσαι. Καὶ ὁ Κίμων· „Ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς" εἶπεν „ὦ
Μάχαρτε, τὰς Κλεωναίων καὶ Μεγαρέων πύλας κό-

ferus. neutro videtur opus esse, cf. c. 9. Cat. major. 8.' Sint. Vid. ann. nostr. 7. κλεωνέων AC. πύλας AC: θύρας vulg.

ἀλλοτρίαν οὖν εἰσιέναι πρότερον ἢ τὸν κύριον κελεῦσαι.] Horum primum grammatica structura, deinde ipsa sententia paucis adumbranda. Nam pro genit. participii fortasse accusativum κόψαντα s. πόψαντας requiras, quo tamen, quamquam ab interpp. assumto, non opus esse Sintenis monet. Haud enim desunt, quae ejusmodi genitivi usum probent, tam apud alios quam apud Nostrum exempla, ex Thuc. potissimum allata a Kuehner. §. 681. b. & a Popp. ad Thuc. Prol. I. I. p. 119. seqq.; e Plutarcho a Sinten. ad Them. 9. p. 62. (ubi hac de re Fluegelium citat Observ. crit. in Plut. Phoc. p. 49. sq.) Cf. Matth. Ausf. Gramm. (1807) §. 561. 6. Quod autem ad verborum sententiam attinet, Graecorum rationem *pulsandi* sive *pultandi*, ut comici dicunt, *fores* docte exposuit Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 414. sq., ubi e Scholiis: κόπτειν, ψοφεῖν, καὶ κλαυσιᾷν τὴν θύραν, διαφέρει· κόπτειν μὲν γὰρ λέγεται, ὅταν εἰσιέναι τις μέλλῃ, καὶ τὴν θύραν ἔξωθεν πλήττῃ· — ψοφεῖν δὲ, ὅταν ἐξερχόμενός τις αὐτὴν ὑπανοίγῃ καὶ ἦχόν τινα ἀποτελῇ· ὅταν δὲ ὑπ' ἀνέμου κινῆται μόνη, καὶ ἦχόν τινα ἐκ τούτου ἀποτελῇ, ὁ τοιοῦτος ἦχος ἢ τρισμὸς κλαυσιᾷν λέγεται. Ceterum, quod Farnab. ad Terent. Ad. II. 3. 11 monet: „Fores in aedificiis antiquis in publicum aperiebantur. Exituri fores ab intus manu pultabant, quo caverent qui foris erant, ne a foribus repente in viam protrusis laederentur;" docte id et copiose refellitur a W. A. Beckero in Charicle, I. p. 200. sq. & 230. sq., statuente, paucissimarum tantum domorum januas in publicum s. extrinsecus, plurimas vero in interiorem aedium partem apertas fuisse. Qui autem intrare vellent, *pulsare fores* consuevisse, ut aut intro ituris janua aperiretur ab iis, qui intus essent, aut eam ipsi aperire ab his juberentur, cum Pearsono ad Moer. Attic. p. 211 & Sturzio, Lex. Xen. in v. κόπτειν censet Beckerus, cujus et *Graecarum aedium* (l. l.) descriptio et disceptatio de *foribus claudendis aperiendisque* elegantissima est et simul doctissima.

7. Κλεωναίων] Strabo VIII, 6, 19. Κλεωναὶ δ' εἰσὶ πόλισμα ἐπὶ τῇ ὁδῷ κείμενον τῇ ἐξ Ἄργους εἰς Κόρινθον ἐπὶ λόφου περιοικουμένου πανταχόθεν καὶ τετειχισμένου καλῶς· ὥστ' οἰκείως εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ τὸ ἐϋκτιμένας Κλεωνάς. (Iliad. II. 570. De Cleonis vidd. quos citat W. A. Becker. Charicl. I. p. 67 & 68, K. O. Mueller. Dor. II. 433. & Poppo Prol. ad Thuc. I. II. p. 215. et Adn. ad V. 67. p. 624. Cf. Clinton. Fast. Hell., ubi Cleonaei p. 424. & 425. (ex Thuc. V. 67.) memorantur tamquam Argivorum anno a. Chr. 418. socii, atque sui juris fuisse dicuntur; et ad a. 468, teste Strab. VIII. 377.

ψαντες, ἀλλὰ κατασχίσαντες εἰσεβιάσασθε μετὰ τῶν ὅπλων ἀξιοῦντες ἀνεῳγέναι πάντα τοῖς μεῖζον δυναμένοις." Οὕτω μὲν ἐθρασύνατο πρὸς τὸν Κορίνθιον ἐν δέοντι καὶ μετὰ τῆς στρατιᾶς διεξῆλθεν. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Ἀθηναίους αὖθις ἐκάλουν

8. εἰσεβιάζεσθε Stephaniana. 10. τοὺς κορινθίους.

Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον, καὶ τὴν χώραν διενείμαντο. Ceterum qua opportunitate Corinthii Cleonaeorum fores perfregisse dicantur, aliunde efficere non potui.

— Μεγαρέων] Thuc. I. 103. „Προσεχώρησαν δὲ καὶ Μεγαρῆς Ἀθηναίοις ἐς ξυμμαχίαν, Λακεδαιμονίων ἀποστάντες, ὅτι αὐτοὺς Κορίνθιοι περὶ γῆς ὅρων πολέμῳ κατεῖχον. Καὶ ἔσχον Ἀθηναῖοι Μέγαρα καὶ Πηγὰς, καὶ τὰ μακρὰ τείχη ᾠκοδόμησαν Μεγαρεῦσι τὰ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς Νίσαιαν, καὶ ἐφρούρουν αὐτοί. Καὶ Κορινθίοις μὲν οὐχ ἥκιστα ἀπὸ τοῦδε τὸ σφοδρὸν μῖσος ἤρξατο πρῶτον ἐς Ἀθηναίους γενέσθαι." Hanc Megarensium, a Corinthiis ad Athenienses transeuntium, defectionem Kruegerus, in stud. historicophil. p. 156. ad a. 461 referens, secum ipse pugnat; nam Cimonis ad Spartanos adjuvandos iter a. 464 jam susceptum fuisse, idem ille statuit; ex quo itinere rediens Cimon quomodo Corinthiis injurias objicere potuit. Megarensibus triennio post demum illatas? Neque enim verisimile est, Megarenses, ante a. 464 a Corinthiis jam male habitos, a. 461 demum ad Athenienses defecturos fuisse; et ipsa etiam Thucydidis verba, ὅτι—κατεῖχον, statim post injurias illas eos descivisse, satis probant. Quare aut *Plutarchi commentum* habendum est Cimonis totum hoc responsum, Corinthiis datum (quod ne ipse quidem Kruegerus existimaverit); aut, si cum Kruegero Cimonem post a. 464 Spartanis auxiliatum esse neges, Megarensium quoque defectio, nisi ad priora tempora, sec. Manson. Spart. t. 2. p. 334 ad a. 464 saltem referenda erit. Ceterum Corinthiorum et Megarensium res breviter, sed accurate memoravit Popp. Prol. ad Thuc. I. II. p. 224. seqq.

8. κατασχίσαντες εἰσεβιάσασθε μετὰ τῶν ὅπλων, *foribus per vim rescissis s. perfractis invasistis armati.* Verbum εἰσβιάζομαι tum apud Arist. Av. 32., tum apud Nostrum Tib. Gracch. 18. & Anton. 20. propriam suam *invadendi, irruendi per vim*, notionem habet; alibi, uti T. Quint. Flam. 2. & Num. 1. metaphorice usurpatur.

11. ἐν δέοντι, sc. καιρῷ, *opportune*, quod etiam εἰς δέον dicitur; εἰς τὸ δέον autem, *ad res necessarias* indicat, (cf. Rost. et Palm. ad Passov. in v. et C. Fr. Hermann. ad Lucian. de conscr. hist. p. 306.) quod tamen quomodo, in malam partem sumtum, in proverbium abierit, docuit Sintenis ad Per. 23. p. 169.

ἐπὶ τοὺς ἐν Ἰθώμῃ Μεσσηνίους καὶ Εἵλωτας, ἐλθόν-

13. *τοὺς ἐν Ἰθώμῃ Μεσσηνίους καὶ Εἵλωτας*] Thuc. I. 101. „ Lacedaemonii Thasios contra Athenienses adjuvare *διεκωλύθησαν ὑπὸ τοῦ γενομένου σεισμοῦ, ἐν ᾧ καὶ οἱ Εἵλωτες αὐτοῖς καὶ τῶν περιοίκων Θουριᾶταί τε καὶ Αἰθαιῆς ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν. πλεῖστοι δὲ τῶν Εἱλώτων ἐγένοντο οἱ τῶν παλαιῶν Μεσσηνίων τότε δουλωθέντων ἀπόγονοι· ᾗ καὶ Μεσσήνιοι ἐκλήθησαν οἱ πάντες.* Quae verba, quamvis minus perspicua, indicare tamen videntur, plurimos eorum Helotarum, qui tunc rebellaverint, Messenios fuisse; quod verosimile fit ex Paus. III. 11, 6. *ἀπέστησαν δὲ οὐχ ἅπαντες οἱ Εἵλωτες, ἀλλὰ τῶν Μεσσηνιακῶν ἀπὸ τῶν ἀρχαίων Εἱλώτων ἀποσχισθέντες.* Cf. Paus. IV, 24, 2. Jure igitur Plutarchum & Diodorum XI. 63., quod in hac narratione Helotas & Messenios distinguant, vituperari ab Od. Mueller. Dor. II. p. 48. monet Poppo ad Thuc. l. l.

— *ἐλθόντων δὲ—ὡς νεωτεριστάς.*] Thuc. I. 102. *Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἐν Ἰθώμῃ ἐμηκύνετο ὁ πόλεμος, ἄλλους τε ἐπεκαλέσαντο ξυμμάχους, καὶ Ἀθηναίους. οἱ δὲ ἦλθον, Κίμωνος στρατηγοῦντος, πλήθει οὐκ ὀλίγῳ.* Alteram hanc Atheniensium expeditionem, quae sola a Thuc. memoratur, (sec. Clinton. a. 461 factam) ab interpretibus ad Thuc. I. 102. p. 51. ed. Popp. cum priore fuisse confusam, supra jam docuimus p. 136. sq. Et vero, Plutarcho duce duo Atheniensium ad Lac. adjuvandos itinera assumentes, multo melius rem expediemus, quam si cum Poppone l. l. p. 517. venisse Athenienses a. 464, remissos esse a. 461 statuamus. Tam diuturnam enim Atheniensium ad Ithomen moram neque utriusque populi, semper adversarii et sibi invicem invidiosi, mores concessisse, nec Plutarchi saltem verba *ἐλθόντων κ. τ. λ.* indicare videntur; et vero manifestum Pausaniae IV. 24. 6. testimonium redarguit, Athenienses ad Ithomen venisse Archimede Archonte a. 464, inde autem dimissos esse *μετ' οὐ πολὺ* dicentis (quamquam in his Pausanias quoque *unum* tantum iter memorat.) Quae sequuntur apud Thuc. *μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπεκαλέσαντο, ὅτι τειχομαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι· — καὶ διαφορὰ ἐκ ταύτης τῆς στρατείας πρῶτον Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις φανερὰ ἐγένετο. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, ἐπειδὴ τὸ χωρίον βίᾳ οὐχ ἡλίσκετο, δείσαντες τῶν Ἀθηναίων τὸ τολμηρὸν καὶ τὴν νεωτεροποιΐαν, καὶ ἀλλοφύλους ἅμα ἡγησάμενοι, μή τι, ἢν παραμείνωσιν, ὑπὸ τῶν ἐν Ἰθώμῃ πεισθέντες νεωτερίσωσι, μόνους τῶν ξυμμάχων ἀπέπεμψαν, τὴν μὲν ὑποψίαν οὐ δηλοῦντες, εἰπόντες δὲ ὅτι οὐδὲν προσδέονται αὐτῶν ἔτι·* ea egregie valere putamus ad nostrum locum explicandum. Pariter Schol. Arist. *φοβηθέντες αὐτοὺς ὡς νεωτεροποιούς·* Paus. IV, 24, 2. *τοὺς Ἀθηναίους ὑποπτεῦσαι δοκοῦσιν ὡς τάχα νεωτερίσοντας.* In quibus quid velit *νεωτερίζειν*, et Diod. XI. 64. explicat, dicens: *ὑποψίας γενομένης ὡς τῶν Ἀθηναίων μελλόντων ἀποκλίνειν πρὸς τοὺς Μεσσηνίους*, et ipse

τῶν δὲ τὴν τόλμαν καὶ τὴν λαμπρότητα δείσαντες ἀπεπέμψαντο μόνους τῶν συμμάχων ὡς νεωτεριστάς. 15 *Οἱ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀπελθόντες ἤδη τοῖς λακωνίζουσι φανερῶς ἐχαλέπαινον καὶ τὸν Κίμωνα μικρᾶς ἐπιλαβόμενοι προφάσεως ἐξωστράκισαν εἰς ἔτη δέκα· τοσοῦτον γὰρ ἦν χρόνου τεταγμένον ἅπασι*

19. *τοσούτον γὰρ ἦν χρόνου* i. Explicationem *τοσούτου—ἐξοστρακιζομένοις* a Plutarcho non profectam esse, pro certo habent Belgici interpretes, quippe in Arist. et Pericle jam allatam. Has autem Vitas post Cimonem scriptas jure statuit Lion., de Ordine, quo Plut. vitas scripserit. *ἅπασι*] *, ἀπεῖναι* temere cum Reiskio ceteri.' Sint.

Thucydides in iis, quae modo ex eo allata sunt. Cf. de tota hac re, quae copiosa dedit Poppo ad Thuc. Ceterum voce *λαμπρότης* et *studium honoris gloriaeque* indicatur, et simul *ipsa gloria*, rebus gestis ab Atheniensibus jam parta; quo sensu frequens esse Nostro adjectivum *λαμπρὸς*, exemplorum copia probavit Baehr. ad Philop. 14. p. 51. et ad Alc. 12. p. 119. Cf. in pr. Held. ad Aem. 12. p. 187.

17. *μικρᾶς ἐπιλαβόμενοι προφάσεως*, *parva re criminationis argumento arrepta;* uti enim *ἐπιλαμβάνεσθαί τινος* ad Mor. l. p. 186. Wyttenbachius explicat, *aliquem, veluti manu injecta, reprehendere;* ita, si genitivus rei additus est, *arripere, criminandi* sive *reprehendendi causa adhibere* notat. Semper autem, in metaphorico etiam usu, primam suam *apprehendendi, prensandi, corripiendi* vim (de qua vid. Sturz. Lex. Xen.) pariter retinet, atque latinum *reprehendere, carpere, perstringere*, alia. *Ἐπιλαβέσθαι προφάσιος*, a Schweighaeusero in Lex. Her. vertitur, *occasionem (speciosam causam) nancisci s. arripere.*

18. *ἐξωστράκισαν*] De ipso Ostracismo egerunt Sintenis ad Themist. 11. p. 74. & 22. p. 144. et ad Per. 10. p. 108. & K. F. Hermann. Ant. Gr. §. 111, 16–18 & 130, 7 sqq. Ubinam Cimon exsilii tempus degerit, historicorum nemo memorat; vero tamen simillimum est, in Thracica Chersoneso illum commoratum esse. Cf. Lucas, p. 55. Ann. 62. Neque etiam, quo anno civitate expulsus fuerit Cimon, certo definiri potest. Annum 461 statuit Clintonus, cui assentiuntur cum alii recentiores, tum etiam Rospattius l. l. p. 8 et 9., jure Kruegerum carpens, ad a. 463 exsilium illud referentem. Quod vero a nobis in Tabulis Chron. annus 458 huic rei assignatus fuit, sola id Muelleri auctoritate nititur, ad Aeschyli Eumenid. docentis, quum in hac tragoedia (quam ante a. 459. poëtam non docuisse, certo constat;) Areopagi auctoritas etiamnunc celebretur, Cimonem a. 461 exsulem esse non potuisse, quip-

τοῖς ἐξοστρακιζομένοις. Ἐν δὲ τούτῳ τῶν Λακε- 20
δαιμονίων, ὡς ἐπανήρχοντο Δελφοὺς ἀπὸ Φωκέων
ἐλευθερώσαντες, ἐν Ταγάγρᾳ καταστρατοπεδευσάντων
Ἀθηναῖοι μὲν ἀπήντων διαμαχούμενοι, Κίμων δὲ
μετὰ τῶν ὅπλων ἦκεν εἰς τὴν αὑτοῦ φυλὴν τὴν Οἰ-

21. Δελφοὺς] ,Δωρεῖς Plutarchum aut scripsisse aut scribere debuisse docet annot. ad Pericl. p. 109.' Sint. Non Δωρεῖς, sed Δωριεῖς scribendum esse, vix est quod moneam. cf. ann. nostr. 22. ἐλευθερώσαντες Stephanus: ἐλευθερώσοντες libri. 24. τὴν ante Οἰνηΐδα om. C. οἰνίδα B.

pe qui auctoritatem illam fractam ipse praesens viderit. Muelleri sententiae suffragatur Lucas p. 51. Ann. 55 et p. 54. Ann. 60.; quem secuti sumus, quamquam Plutarchum indicasse fatemur, brevi post reditum ex Laconia, Cimonem ejectum fuisse. Cf. ann. nostra ad c. 18. init.

20. Ἐν δὲ τούτῳ, *interea*, i. e. hujus, quo Cimon multatus erat, exsilii tempore. Anno enim a. Chr. 457 Lacedaemonios in Doridem contra Phocenses profectos, hinc redeuntes ab Atheniensibus ad *Tanagram* armis petitos fuisse, statuit Clintonus; cui assentiuntur Tabulae Chronol. Thucydidi Popponis Prol. I. II. adjunctae, Lucas p. 55, et Rospatt. p. 7. seqq.; refragatur tamen Krueger. p. 172, ann. 458 illam pugnam commissam esse existimans.

21. ὡς ἐπανήρχοντο Δελφοὺς ἀπὸ Φωκέων ἐλευθερώσαντες,] Thuc. I. 107. καὶ Φωκέων στρατευσάντων ἐς Δωριᾶς, τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, Βοιδν καὶ Κυτίνιον καὶ Ἐριν εὸν, καὶ ἐλόντων ἓν τῶν πολισμάτων τούτων, οἱ Λακεδαιμόνιοι — ἐβοήθησαν τοῖς Δωριεῦσιν — καὶ τοὺς Φωκέας ὁμολογίᾳ ἀναγκάσαντες ἀποδοῦναι τὴν πόλιν, ἀπεχώρουν πάλιν. De *Doribus* eorumque oppidis vid. Poppo ad Thuc. Pr. I. II. p. 299, qui p. 297. accurate ab iis *Delphos* distinguit. Mirum idcirco, Plutarchum h. l. Δελφοὺς a Lacedaemoniis liberatos scripsisse. Qui error fortasse inde exstitit, quod iidem Lacedaemonii a. 448 *sacro*, quod dicebatur, *bello*, templum Delphicum, Phocensibus ereptum, ipsis tradiderant Delphis, sec. Thuc. I. 112. & adn. cf. Pr. I. II. p. 297. qua de re Strabo IX. 648. ἀπέστησαν Δελφοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ συστήματος τῶν Φωκέων Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐπέτρεψαν καθ' αὑτοὺς πολιτεύεσθαι, cf. Poppo ad Thuc. I. 107. p. 532. — Sintenis, ad Per. 10. p. 109. copiosius his expositis: „Vide, inquit, ne periclitetur Plutarchi doctrina imputandumque vulgatum librariis sit prae eo, quod Plutarchus scripserit τοὺς Δωρεῖς (Δωριεῖς?). Qui si vere scripsit τοὺς Δελφοὺς, per errorem de bello sacro cogitaverit necesse est, cf. Thuc. I. 112." Cf. not. crit.

23. Κίμων δὲ] Per. 10. ὁ Κίμων ἐλθὼν ἐκ τῆς φυγῆς ἔθετο μετὰ τῶν φυλετῶν εἰς λόχον τὰ ὅπλα.

24. τὴν Οἰνηΐδα] Erat Cimon κατὰ τὸν δῆμον Λακιάδης,

νηΐδα πρόθυμος ὢν ἀμύνεσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους μετὰ τῶν πολιτῶν. Ἡ δὲ βουλὴ τῶν πεντακοσίων πυθομένη καὶ φοβηθεῖσα, τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καταβοώντων ὡς συνταράξαι τὴν φάλαγγα βουλομένου καὶ τῇ πόλει Λακεδαιμονίους ἐπαγαγεῖν, ἀπηγόρευσε τοῖς στρατηγοῖς μὴ δέχεσθαι τὸν ἄνδρα. Κἀκεῖνος μὲν ᾤχετο δεηθεὶς Εὐθίππου τοῦ Ἀναφλυστίου καὶ τῶν ἄλλων ἑταίρων, ὅσοι μάλιστα τὴν τοῦ λακωνίζειν αἰτίαν ἔσχον, ἐρρωμένως ἀγωνισασθαι πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ δι' ἔργων ἀπολύσασθαι τὴν αἰτίαν

sec. c. 4., qui vicus erat tribus *Oeneidos*. Cf. Leake, de Demis Att. p. 229.

26. Ἡ δὲ βουλὴ κ. τ. λ.] Per. 10. Οἱ δὲ φίλοι τοῦ Περικλέους συστάντες ἀπήλασαν αὐτὸν ὡς φυγάδα. Ubi Sintenis, nostrum conferens locum: „Nisi, inquit, quos h. l. dicit amicos Periclis fuerunt D viri isti. Sed vellem Plutarchus addidisset etiam hoc, non sine causa Cimonem suspectum fuisse Pericli et ejus amicis, quippe qui et Lacedaemoniorum studiosissimus et optimatium partibus addictissimus esset: optimates autem cogitasse tum de populi imperio opera Lacedaemoniorum abroganda, unus quidem, sed locupletissimus tradit auctor Thucyd. I, 107. τὸ δέ τι καὶ ἄνδρες τῶν Ἀθηναίων ἐπῆγον αὐτοὺς (τοὺς Λακεδαιμονίους) κρύφα, ἐλπίσαντες δῆμόν τε καταπαύσειν καὶ τὰ μακρὰ τείχη οἰκοδομούμενα. Haec addenda fuerunt, ut invidiosae aemulationis suspicio removeretur a Pericle."

27. καταβοώντων] καταβοᾶν, pp. *clamores in aliquem tollere*, c. 15 et h. l. *accusare cum clamore* notat; quam vim ap. Herod. IV. 85. quoque habet.

29. ἐπαγαγεῖν] Vulgo *copias in hostem ducere*, quo sensu frequens est Nostro, uti c. 13. init. Acerbissima igitur adversarii in Cimonem criminatione utebantur, eum Lacedaemonios in ipsam Atheniensium urbem ducere clamitantes.

— ἀπηγόρευσε μὴ] Post verba *timendi*, *dubitandi*, *diffidendi*, *impediendi*, *vetandi*, infinitivum cum negante particula μὴ sequi, quia Graeci negativam horum verborum notionem in verbo adjuncto repetant, docuit Kuehner. §. 717, 2. Eandem esse Latini sermonis hac in re rationem, nemo est qui nesciat.

30. Κἀκεῖνος μὲν ᾤχετο] — Repudiati Cimonis amicos omnes in ordinibus suis et stetisse, et fortissime pugnantes πάντας δ-μαλῶς cecidisse, Noster in Per. l. l. quoque testatur.

31. Εὐθίππου τοῦ Ἀναφλυστίου] Euthippum huncce aliunde ignoro; *Anaphlystus* autem demus fuit tribus *Antiochidos*, sec. Leak. l. l. p. 223.

32. ὅσοι μάλιστα] Per. l. l. οὓς Περικλῆς συνεπῃτιᾶτο τοῦ Λακωνισμοῦ.

34. δι' ἔργων ἀπολύσασθαι τὴν αἰτίαν] Per. l. l. Ὁ Κίμων —

πρὸς τοὺς πολίτας. Οἱ δὲ λαβόντες αὐτοῦ τὴν παν- 35
οπλίαν εἰς τὸν λόχον ἔθεντο· καὶ μετ' ἀλλήλων
συστάντες ἐκθύμως ἑκατὸν ὄντες ἔπεσον πολὺν
αὑτῶν πόθον καὶ μεταμέλειαν ἐφ' οἷς ἠτιάθησαν
ἀδίκως ἀπολιπόντες τοῖς Ἀθηναίοις. Ὅθεν οὐδὲ τῷ
πρὸς Κίμωνα θυμῷ πολὺν χρόνον ἐνέμειναν, τὰ μὲν, 40
ὡς εἰκὸς, ὧν ἔπαθον εὖ μεμνημένοι, τὰ δὲ τοῦ καιρ-

41. εὖ ἔπαθον C.

— δι' ἔργων ἀπολύεσθαι τὸν Λακωνισμὸν ἐβούλετο συγκινδυνεύσας τοῖς πολίταις. Verbi ἀπολύεσθαι purgare se, refellere, usum Sint. ad h. l. p. 110. exemplis probavit.

35. Οἱ δὲ] Per. l. l. Ἔπεσον δὲ καὶ τοῦ Κίμωνος οἱ φίλοι πάντες ὁμαλῶς, οὓς Περικλῆς συνεπητιᾶτο τοῦ Λακωνισμοῦ. Fortasse autem dubitanti, quid verba velint: λαβόντες αὐτοῦ τὴν πανοπλίαν εἰς τὸν λόχον ἔθεντο, (quae Reiskius se non intelligere fatetur), Dacerius tibi subveniet, statuens: „centum illos Cimonis amicos, quum viderent, Cimonem ipsum sibi pugnantibus non dari ducem, ab eo armaturam petivisse, ut eam, in medio positam, tamquam testem rerum a se gestarum haberent, eaque visa ad fortissima quaeque, tanto duce digna, excitarentur facinora." Quae tamen opinio ingeniosior quam verior et nobis videtur et visa est Belgicis interpretibus, vertentibus, *armis Cimonis ex ejus manibus acceptis εἰς λόχον ἔθεντο, in globum densum se conjunxerunt.* Licet enim in Per. 10. legatur: ὁ Κίμων εἰς λόχον τὰ ὅπλα ἔθετο, quam dictionem, a pluribus illustratam, vulgarem esse scio; haud tamen video, quidni etiam εἰς τὸν λόχον τίθεσθαι, *ad manipulum se ordinare*, vel *in ordine suo se collocare*, dici possit.

37. ἐκθύμως, *fortiter, acriter.* Vid. Baehr. ad Pyrrh. 30. p. 239. Quod quomodo differat a πρόθυμος, supra docuimus ad c. 12. p. 112.

39. Ὅθεν—συλλαμβανομένου. „*Quare neque suam in Cimonem iram diu retinuerunt, partim, ut consentaneum erat, ea, quibus ab illo affecti erant, beneficia recordati, partim ipsis temporibus adjuvantibus.*

— τῷ—θύμῳ ἐνέμειναν] In locutione ἐμμένειν τινὶ vestigia quaedam Platonici coloris sibi deprehendisse videtur Baehr. ad Phil. 3. p. 10, ubi vide exemplorum copiam tam e Platone quam e Plutarcho congestam.

41. ὧν ἔπαθον εὖ] Vertimus: *ea, quibus ab illo affecti erant, beneficia;* nam εὖ πάσχειν idem esse quod εὐεργετεῖσθαι, quamquam notissimum est, vide tamen apud Sturz. Lex. Xen. in v. πάσχειν.

— τοῦ καιροῦ συλλαμβανομένου.] Καιρὸς h. l. rerum statum s. ipsa tempora notat, quibus premebantur Athenienses; nuper enim magno devicti proelio, novam Lacedaemoniorum metuebant

ροῦ συλλαμβανομένου. Νενικημένοι γὰρ ἐν Ταναγρᾳ μάχῃ μεγάλῃ καὶ προσδοκῶντες εἰς ὥραν ἔτους στρατιὰν Πελοποννησίων ἐπ' αὐτοὺς ἐκάλουν ἐκ τῆς φυγῆς τὸν Κίμωνα καὶ κατῆλθε τὸ ψήφισμα γράψαντος αὐτῷ Περικλέους. Οὕτω τότε πολιτικαὶ μὲν ἦσαν αἱ διαφοραὶ, μέτριοι δ' οἱ θυμοὶ καὶ πρὸς τὸ κοινὸν

43. στρατείαν Solanus. 44. Sint. mavult ἐφ' αὐτούς. 46. αὐτῷ accessit ex AC.

expeditionem. Συλλαμβάνειν pp. *comprehendere*, *una suscipere*, inde *adjuvare*, *conferre*, *prodesse* valet, qua significatione frequenter forma etiam media adhibetur. De casuum in his participiis varietate vide supra ad c. 16. p. 134.

42. Νενικημένοι γὰρ—Περικλέους.] Per. 10. Καὶ μετάνοια δεινὴ τοὺς Ἀθηναίους καὶ πόθος ἔσχε τοῦ Κίμωνος, ἡττημένους μὲν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Ἀττικῆς, προσδοκῶντας δὲ καὶ βαρὺν εἰς ἔτους ὥραν πόλεμον. Αἰσθόμενος οὖν ὁ Περικλῆς οὐκ ὤκνησε χαρίσασθαι τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ τὸ ψήφισμα γράψας αὐτὸς ἐκάλει τοῦ ἄνδρα. De *Tanagrensi* proelio paulo superius, de vi praepos. κατὰ in verbo κατέρχεσθαι ad c. 1. p. 48. dictum est; restat autem, ut, quae copiosissime de dictione εἰς ἔτους ὥραν disputarunt interpretes, paucis concludamus. Held. ad Timol. 22. p. 440. explicat, *tempore aestivo*, quippe quod κατ' ἐξοχὴν hac dictione significetur. Sintenis ad Per. 10. l. l. p. 111. consentaneum quidem habet, secundum Favorinum et Suidam de qualibet anni tempestate dici, auctoribus tamen Hesychio aliisque veteribus magistris aut de vere et aestate, aut de aestivo tempore, nisi solo, praecipuo saltem sumendum esse. „Ceterum ex hoc, (sunt verba Sintenis) et loco vitae Cimonis Clintonus Fast. Hell. (p. 269. not. ex interpretat. Kruegeri,) colligit, pugnam Tanagraeam circiter Novembri mense factam esse, auctumno exeunte aut ineunte hieme. Quod autem εἰς ἔτους ὥραν grave bellum a Lacedaemoniis sibi illatum iri exspectabant Athenienses, spectat vel eo, quod hibernum tempus bello gerendo aptum non fuit, vel explicandum inde est, quod paullo post proelium Tanagrense τετραμηναίους σπονδὰς utrosque composuisse scribit Diodorus XI, 80., post quas bellum denuo excitatum iri facile poterant augurari." Cf. Poppo ad Thuc. II, 52. p. 291. sq. et Krueger. stud. hist. p. 173.

46. πολιτικαὶ] Πολιτικὸς primum *civitatis administrandae peritus* dicitur, deinde *civilis*, *cives decens*, tandem *civitati utilis*; (cf. Sturz. Lex. Xen.) quarum notionum nostro loco maxime ea convenit, quae voci πολιτείᾳ inest in Bruto 25. Ὅθεν ἠτιᾶτο τὸν Βροῦτον, ὡς ἄγαν ὄντα νόμιμον καὶ δίκαιον ἐν καιρῷ πολιτείας δεομένῳ καὶ φιλανθρωπίας· ubi Voegelinus: „Latinum *civilitas* non plane respon-

εὐανάκλητοι συμφέρον, ἡ δὲ φιλοτιμία πάντων ἐπικρατοῦσα τῶν παθῶν τοῖς τῆς πατρίδος ὑπεχώρει καιροῖς. 50

XVIII. Εὐθὺς μὲν οὖν ὁ Κίμων κατελθὼν ἔλυσε τὸν πόλεμον καὶ διήλλαξε τὰς πόλεις. Γενομένης

1. οὖν om. C.

det, quum hoc magis superbiae, nostrum *severitati in ulciscendo et summo jure exercendo* opponatur." Pariter hic dissensiones dicuntur *civiles*, i. e. non acerrimae et ad extrema omnia perductae, sed *moderatae*, quae minus *irae privatae*, quam *civium civitatisque commodis* inserviunt. Idem fere Cic. ad Div. VIII, 14. „Quamdiu *civiliter*, sine armis, cernetur" (de contentionibus ad remp. pertinentibus). Adverbium πολιτικῶς eodem sensu apud Nostrum legitur in Pomp. 15. ἤνεγκε μέντοι τοῦτο (Sullae in testamento sibi illatam injuriam) μετρίως πάνυ καὶ πολιτικῶς ἐκεῖνος (Pompejus): in quibus μετρίως et πολιτικῶς sibi apposita sunt, quemadmodum nostro loco πολιτικαὶ μὲν ἦσαν αἱ διαφοραὶ, μέτριοι δ' οἱ θυμοί.

48. εὐανάκλητοι, irae *facile revocandae*, s. *molliendae* erant, uti in Tib. Gracch. 2. τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνος (Cajus) ἅμα τοῦ πάθους καὶ τῆς φωνῆς ἀνιεὶς, ἐπραΰνετο, καὶ παρεῖχεν ἑαυτὸν εὐανάκλητον, *vehementiam ille pariter affectus atque vocis remittens, sedabatur, et praebebat semet ipsum facilem revocatu*, s. *molliendum*. Propria sua vi legitur ap. Xenoph. de Venat. 7, 5. ἐγόματα αὐταῖς τίθεσθαι βραχέα, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ, ubi Sturz. l. l. explicat *facilis vocatu*, s. *nominatu*, alii *facilis revocatu*, uti Suidas in εὐανακλήτως & Gataker. ad Anton. I, 7.

— ἡ δὲ φιλοτιμία—καιροῖς. „*Ambitio autem, quamvis omnibus imperans affectibus, patriae tamen temporibus s. commodis cedebat;* in quibus elegans est verborum ἐπικρατεῖν & ὑποχωρεῖν oppositio, quippe quorum illud *ambitionem vehementissimam omniumque cupiditatum dominatricem atque victricem*, hoc contra, ubicunque patriae commoda agerentur, *moderatam* (πολιτικὴν, μετρίαν) atque adeo *indulgentem facillimeque succumbentem* indicet.

XVIII. 2. Γενομένης δ' εἰρήνης] Per. 10. Κἀκεῖνος κατελθὼν εἰρήνην ἐποίησε ταῖς πόλεσιν. — Ἔνιοι δέ φασιν οὐ πρότερον γραφῆναι τῷ Κίμωνι τὴν κάθοδον ὑπὸ τοῦ Περικλέους ἢ συνθήκας αὐτοῖς ἀποῤῥήτους γενέσθαι δι' Ἐλπινίκης τῆς Κίμωνος ἀδελφῆς, ὥστε Κίμωνα μὲν ἐκπλεῦσαι λαβόντα ναῦς διακοσίας καὶ τῶν ἔξω στρατηγεῖν καταστρεφόμενον τὴν βασιλέως χώραν, Περικλεῖ δὲ τὴν ἐν ἄστει δύναμιν ὑπάρχειν. Quae nostro loco, quamvis cum eo componi possint, haud tamen omnino consentanea, auctore *Stesimbroto* a Plutarcho relata esse, ideo Sintenis ad Per. p. 133. putat, quod ea, quae sequuntur in Per. 10. ex eodem desumta fuis-

δ' εἰρήνης ὁρῶν τοὺς Ἀθηναίους ἡσυχίαν ἄγειν μὴ δυναμένους, ἀλλὰ κινεῖσθαι καὶ αὐξάνεσθαι ταῖς

se, ipse Noster dicat, Cim. 14. — Ceterum de hac pace Nepos Cim. 3. „Cum bellum Lacedaemonii Atheniensibus indixissent, confestim notae ejus virtutis desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum, quam expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quod hospitio Lacedaemoniorum utebatur, satius existimans contendere Lacedaemonem, sua sponte est profectus pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit." Quae tradens Nepos Rinckio (Prol. ad Aemil. Pr. ed. Roth. p. 82.) insistere Theopompi vestigiis videtur, citati in Ephori fragm. ed. Marx. p. 224. Θεόπομπος ἐν τῇ ί τῶν Φιλιππικῶν περὶ Κίμωνος· Οὐδέπω δὲ πέντε ἐτῶν παρεληλυθότων, πολέμου συμβάντος πρὸς Λακεδαιμονίους, ὁ δῆμος μετεπέμψατο τὸν Κίμωνα, νομίζων διὰ τὴν προξενίαν ταχίστην ἂν αὐτὸν εἰρήνην ποιήσασθαι. Ὁ δὲ παραγενόμενος τῇ πόλει τὸν πόλεμον κατέλυσε. Cimonem *Lacedaemonem contendisse*, neque in Per. neque in Cim. a Nostro refertur; *pacem* autem *conciliatam inducias* fuisse *quinquennales*, auctores sunt Thuc. I. 112. et Diod. XI. 86, quorum hic conciliatorem etiam commemorat: πεντετεῖς ἐγένοντο σπονδαὶ, Κίμωνος τοῦ Ἀθηναίου συνθεμένου ταύτας. Cf. Rinckius l. l., qui tamen minus bene addit: „Quas (inducias) cum *statim post reditum Cimonis factas* perhibeat Plut. in Cim. 18, et Dodwellus in Annal. Thucyd. p. 642. T. II. ed. Beck. Olymp. 82. 2. (a. Chr. 451) probabiliter ponat; *initium exilii Cimonis fuit* Olymp. 81. 1. (a. Chr. 456), quod a chronologis male ad Olymp. 80. 1. rejicitur." Licet enim tam arcte Cimonis reditus cum pace conciliata a Theopompo, Nepote et Plutarcho conjungatur, ut brevi post illum haec facta esse videatur; Cimon tamen a. 457. exsul jam fuerit, necesse est; tunc enim in pugna Tanagrensi civibus suis opem ferre voluisse dicitur. (Vid. supra p. 143.). Nec vero Clintono vel Kruegero assentior, qui, oppositam Rinckianae rationi viam ingressi, utramque rem, ab historicis illis fere conjunctam, longo temporis intervallo separant. Nam inducias illas Clintonus (ad Ol. 82, 2. eas quoque referens,) *sexto* demum *anno* post Cimonis reditum factas existimat; interim tamen, per tres saltem annos, ἐκεχειρίαν quandam inter Graecos consecutum videri Cimonem ex mutuo partium, sed tacito consensu ratus p. 257. Kruegerus autem, de induciarum anno (451) Clintono assensus, eas *septimo* anno post reditum Cimonis (quem a. 458 revocatum esse putat;) factas censet p. 203. Mihi illa ratio, quam Lucas p. 54 et 56 exposuit, inter Rinckii et Kruegeri sententias fere media, potissimum placuit; quare Cimonis reditum ad a. 453, inducias ad a. 450 retuli. Has Rospattius p. 7. et Freudenberg. p. 13. quoque a. 450 factas censent, Cimonis vero reditum ille cum Clintono ad 456 refert p. 9, hic p. 12. seq. haud temere sibi conjiccere videtur, Cimonem, simulatque post pugnam Tanagraeam ipso Pericle auctore domum reverterit, illico ad pacem sanciendam Lacedaemonem missum esse, neque tamen antea inducias

στρατείαις βουλομένους, ἵνα μὴ τοῖς Ἕλλησι διο- 5
χλῶσι μηδὲ περὶ τὰς νήσους ἢ Πελοπόννησον ἀ-
ναστρεφόμενοι ναυσὶ πολλαῖς αἰτίας ἐμφυλίων πο-
λέμων καὶ συμμαχικῶν ἐγκλημάτων ἀρχὰς ἐπισπά-
σωνται κατὰ τῆς πόλεως, ἐπλήρουν διακοσίας τριή-
ρεις ὡς ἐπ' Αἴγυπτον καὶ Κύπρον αὖθις ἐκστρα- 10

τρια cod. m.

9. διακοσίας A, τριακοσίας C. cf. annot. nostr.

a Lacedaemoniis impetratas esse, quam Graeci depositis mutuis simultatibus in unum conjuncti Cimone duce Persarum regi bellum inferre constituissent a. 450.

4. κινεῖσθαι, forma media opponitur h. l. dictioni ἡσυχίαν ἄγειν, et prima sua notione indicat *se movere*; unde *procedere* et *suscipere expeditiones*. Active infra h. cap. legitur de rege Persarum κινοῦντι τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον, *moliente, suscipere conante in Graecos bellum*, quam vim saepe habet, v. c. Paul. Aemil. 15. init., ubi vide Held. p. 196. Interdum *mutare, perturbare* indicat, uti κινεῖν τὰ κατὰ τὴν πόλιν, *praesentem reip. statum mutare*, Cleom. 6., ubi vide Schoemann. Tandem idem quod ἐγείρειν notat, *excitandi* vim habens, cujus notionis exempla attulerunt Heusdius Spec. Crit. in Plat. 110 sq. Wytt. ad Plut. de Sera Num. Vind. p. 83. & Ast. ad Plat. Pol. p. 333.

5. διοχλῶσι] De hac voce vid. supra ad c. 11, p. 102.

6. ἀναστρεφόμενοι] Ἀναστρέφεσθαι tam de studiis, quam de locis, in quibus *versamur*, frequens esse Nostro, exemplis probavit Wytt. in Ind.

8. ἐγκλημάτων ἀρχὰς] Ἀρχὴν apud Plutarchum fere idem quod ὑπόθεσιν, πρόφασιν, ἀφορμὴν significare, plurimis allatis locis docuit Schoemann. ad Agid. 2. p. 94.

— ἐπισπάσωνται] Ἐπισπᾶσθαι prorsus Latino convenit, *sibi contrahere, excitare* crimen.

9. διακοσίας] Eundem navium numerum memorant Thuc. I, 112. Diodor. XII. 4. & Nepos Cim. 3.

10. ἐπ' Αἴγυπτον καὶ Κύπρον] Negligentius Noster haec scripsisse videtur, si audimus Thucydidem, qui, quamquam in aliis hujus aetatis rebus memorandis brevior, Aegyptii tamen belli et opportunitatem, et exitum, et Cimonis postea Amyrtaeo missa auxilia tam accurate enarrat, ut merito ad Plutarchum reprehendendum Francogallicum interpretem impulerit. Thucydides enim primo I. 104., Aegyptios Inaro duce a Persis defecisse et ab Atheniensibus adjutos esse tradit; (quam defectionem, a Diod. Sic. XI. p. 279 quoque expositam, Clintonus p. 42 et 254, Kruegerus p. 164 et Rospatt. p. 7. ad a. 460 referunt;) deinde c. 109., a Megabyzo Athenienses Memphide expulsos inque Prosopitida insulam occlusos, per octodecim menses obsessos, navibus amissis, post sex annorum bellum plerosque periisse, paucos tantum per Libyam Cyrenen evasisse fuga, memorat (quem tristem

τευσόμενος, ἅμα μὲν ἐμμελετᾶν τοῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀγῶσι βουλόμενος τοὺς Ἀθηναίους, ἅμα δ' ὠφελεῖσθαι δικαίως τὰς ἀπὸ τῶν φύσει πολεμίων εὐπορίας εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίζοντας. Ἤδη δὲ παρεσκευασμένων ἁπάντων καὶ τοῦ στρατοῦ παρὰ ταῖς ναυσὶν ὄντος ὄναρ εἶδεν ὁ Κίμων. Ἐδόκει κύνα

15. παρὰ] πρὸς C.

belli exitum Clinton. ad a. 455, Krueger. p. 202. et Rospatt. p. 9. ad a. 454 referunt). Sic igitur Aegyptum subjectam quidem denuo fuisse Persis, verum (c. 110.) Amyrtaeum, palustris regionis regem, invictum mansisse, eique arcessenti (c. 112.) Cimonem, cum ducentis navibus (sec. Clint. p. 46. a. 450–449, sec. Kruegerum p. 205. a. 449, sed ut Lucas statuit p. 57. a. 450,) *Cyprum profectum, sexaginta* in auxilium misisse. Quare haec Aegyptia expeditio minus bene a Nostro, tamquam a Cimone proficiscente jam cogitata, memoratur.

— Κυπρὸν] Quo consilio Cyprum (cujus insulae a. 479 Pausanias jam τὰ πολλὰ κατεστρέψατο, Thuc. I. 94.) denuo aggressi sint Athenienses, docte exposuit Beckel. in Museo des Rheinisch.-Westfäl. Schulmänner-Vereins I. 1. 1841. (Untersuch. zur Griechischen Geschichte,) Graecos post proelium ad Mycalen in bello contra Persas et suscipiendo et persequendo prudenter id maxime egisse statuens, ut praeter Sestum et Byzantium (jure φρούρια καὶ φυλακὰς τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου dicta, Thuc. VIII. 62.) Cypro potirentur. Hanc enim insulam non tantum ob silvarum, metallorum aliarumque rerum copiam ναυτικὴν δύναμιν δύνασθαι μεγάλην ἔχειν, ἢ δυνήσεται προπολεμεῖν τῆς Ἀσίας (Diod. XIV. 98.), sed εὐφυῶς etiam διακειμένην (teste eodem Diod.) optimum ὁρμητήριον fuisse, unde Graeci maritimam Persarum dominationem opprimerent; nam portus Pamphyliae et Ciliciae, (cujus litora ἐπιτήδεια πρὸς τὰς τῶν στόλων παρασκευάς Strabo vocat p. 460.) a Graecis, Cyprum tenentibus, oppugnari atque occludi potuisse. Quare τῆς Κύπρου πάσης βίᾳ χειρωθείσης τὸν ὅλον πόλεμον προκριθήσεσθαι (Diod. XII. 4.); qua insula una cum Sesto et Byzantio a. 479 maximam partem jam amissa, quum Persae, quominus postea, mari saltem, magni quid molirentur, impediti essent, non mirandam esse rerum post bella Persica ab ipsis gestarum paucitatem atque exiguitatem.

13. ἀπὸ τῶν φύσει πολεμίων] Haec dicta sunt ex communi Graecorum sententia, qua omnes barbaros s. Graeco genere non ortos, naturali quodam odio prosequendos et veluti *natura* sibi *hostes* habendos esse censebant.

16. Ἐδόκει κύνα ὑλακτεῖν] Δοκεῖν, ut lat. *videri*, solemne esse de somniorum visis, monuerunt Schoemann. ad Cleom. 7. p. 196. Sinten. ad Them. 26. p. 165. & Held. ad Tim. 8. p. 350., qui citans Arist. 11. Ἀρίμνηστος ἔδοξε, κατὰ τοὺς ὕπνους ἐπερωτώμενον αὐτὸν εἰπεῖν, recte

θυμουμένην ὑλακτεῖν πρὸς αὐτὸν, ἐκ δὲ τῆς ὑλακῆς μεμιγμένον ἀφεῖσαν ἀνθρώπου φθόγγον εἰπεῖν·

Στεῖχε· φίλος γὰρ ἔσῃ καὶ ἐμοὶ καὶ ἐμοῖς σκυλάκεσσιν.

Οὕτω δὲ δυσκρίτου τῆς ὄψεως οὔσης Ἀστυφιλος ὁ Ποσειδωνιάτης, μαντικὸς ἀνὴρ καὶ συνήθης τῷ Κίμωνι, φράζει θάνατον αὐτῷ προσημαίνειν τὴν ὄψιν οὕτω διαιρῶν· κύων ἀνθρώπῳ, πρὸς ὃν ὑλακτεῖ, πολέμιος· πολεμίῳ δ' οὐκ ἂν τις μᾶλλον ἢ τελευτήσας φίλος γένοιτο· τὸ δὲ μίγμα τῆς φωνῆς Μῆδον ἀποδηλοῖ τὸν ἐχθρόν· ὁ γὰρ Μήδων στρατὸς Ἕλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάροις μέμικται. Μετὰ δὲ ταύτην τὴν ὄψιν αὐτοῦ τῷ Διονύσῳ θύ-

17. τῆς accessit ex AC. 29. στρατὸς Bryanus cum Amioto aliisque: libri στρατηγὸς. 30. τὴν om. ia.

monet, quamquam totius enunciationis unum idemque sit subjectum, tamen accusativum cum inf. esse positum; ubi autem non idem sit verbi δοκεῖν et enunciationis inde pendentis subjectum, vel cum nominativo rei per quietem visae jungi δοκεῖ, ἔδοξε &c. addito dativo somniantis et sequente infinitivo, vel, jungi verbum δοκεῖν nominativo somniantis, sequente accusativo cum infinitivo. Postremae structurae exemplis, ab Heldio allatis, locus noster adjungi potest.

23. Ἀστύφιλος ὁ Ποσειδωνιάτης] De Astyphilo nihil quidquam alibi repperi; *Posidoniam* autem, magis vulgari nomine *Paestum*, Lucaniae urbem Romanorumque coloniam fuisse Stephanus Byz. de Urb. docet.

25. διαιρῶν] Exempla, a Wytt. in Ind. collecta, primam verbi notionem esse docent, *dividere*, *disponere*, unde altera haec *explicandi*, *exponendi* significatio nata est.

27. μίγμα] De vocabulis in μα, Nostro propriis, v. ad c. 2., p. 55.

29. Ἕλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάροις μέμικται.] Ex quo nempe Graeci in sua ipsi regione splendidissima dederant fortitudinis artisque bellicae specimina, plurimi ad exteras gentes se conferre inque Persarum adeo ordinibus militantes, contra populares suos pugnare coeperunt. Quin etiam postea Persarum reges in Graecorum auxiliis, quamvis exiguis, multo majorem victoriae spem quam in ingentibus suorum copiis ponere solebant.

σαντος ὁ μὲν μάντις ἀπέτεμε τὸ ἱερεῖον, τοῦ δ' αἵματος τὸ πηγνύμενον ἤδη μυρμηκες πολλοὶ λαμβάνοντες κατὰ μικρὸν ἔφερον πρὸς τὸν Κίμωνα καὶ τοῦ ποδὸς περὶ τὸν μέγαν δάκτυλον περιέπλαττον ἐπὶ πολὺν χρόνον λανθάνοντες. Ἅμα δέ πως 35
ὅ τε Κίμων τῷ γιγνομένῳ προσέσχε καὶ παρῆν ὁ θύτης ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ τὸν λοβὸν οὐκ ἔχοντα κεφαλήν. Ἀλλ', οὐ γὰρ ἦν ἀνάδυσις τῆς στρατείας, ἐξέπλευσε καὶ τῶν νεῶν ἑξήκοντα μὲν ἀπέστειλεν

36. γιγνομένῳ AC: γινομένῳ vulg.

31. ἀπέτεμε τὸ ἱερεῖον,] Singularis dictio, hoc uno loco a Nostro usurpata, quae vix aliud quidquam significare potest, quam *victimae caput abscindere;* nam ἀποτέμνειν tam apud Herod. quam apud Xenoph. de corporis partibus *abscindendis* s. amputandis usurpari solet, uti de capite, de naso, cincinnis. — Passov. in Lex. citat quidem *resecandi*, *dissecandi* significationem, sed nullo exemplo eam probat. In sacrificio describendo Hom. Od. III. 447. sq. dicit: Thrasymedes ἥλασεν ἄγχι στάς· πέλεκυς δ' ἀπέκοψε τένοντας αὐχενίους, λῦσεν δὲ βοὸς μένος· — ἀτὰρ σφάξεν Πεισίστρατος, i. e. cultro totum *abscidit* jugulum.

35. Ἅμα — ᾧ τε Κίμων — προσέσχε καὶ παρῆν ὁ θύτης, *Ut primum Cimon animadvertit, continuo aderat haruspex*, s. *simul atque — statim;* ita enim Ἅμα-τε, καὶ, a Vigero recte explicatur (p. 380. ed. Herm.), qui monet, modo τε additum, modo omissum esse. Potest etiam verti lat. *vix—quin.*

37. τὸν λοβὸν οὐκ ἔχοντα κεφαλήν.] Mali hoc ominis fuisse, satis constat. Λοβὸν *partem jecinoris* dici, Schol. ad Aeschyl. Eum. 158 docet, tum etiam Pollux II. 215. memorat λοβοὺς ἡπατίας, et Hes. λοβοί· τὰ ἄκρα πάντα, κυρίως δὲ, τῶν ὥτων τὰ κάτω. — Καὶ σημεῖον ἐν τῷ ἥπατι. Eur. Electr. v. 827. (Ed. Seidler.) haec habet:

ἱερὰ δ' εἰς χεῖρα λαβὼν
Αἴγισθος, ἥβρει· καὶ λοβὸς μὲν οὐ προσῆν
σπλάγχνοις.

in quibus λοβὸς nominari videtur, quod Noster κεφαλὴν τοῦ λοβοῦ dixit. Cf. Aesch. Prom. 495. et ad Eur. l. l. Seidler.

38. ἀνάδυσις, *effugium*, *recusatio;* uti enim verbum ἀναδῦναι ap. Hes. explicatur ἀναφυγεῖν, ἀναχωρῆσαι, et a Poll. V. 104. ἀρνήσασθαι & V. 112. ἀναβάλλεσθαι, ἀπωθεῖσθαι, μὴ βούλεσθαι, *recusare* (cf. Hemst. ad Poll. V. 112. & Sturz. Lex. Xen.); ita ἀνάδυσις Polluci V. 104. idem est quod ἀναφυγὴ s. ἄρνησις, *effugium*, *recusatio;* quam verbi Nostro frequentem esse vim, exemplis probavit Baehr. ad Phil. 15. p. 57.

εἰς Αἴγυπτον, ταῖς δ' ἄλλαις πάλιν ἔπλει. Καὶ κα- 40
ταναυμαχήσας Φοινισσῶν νεῶν καὶ Κιλισσῶν βα-
σιλικὸν στόλον ἀνεκτᾶτό τε τὰς ἐν κύκλῳ πόλεις
καὶ τοῖς περὶ Αἴγυπτον ἐφήδρευεν, οὐδὲν μικρὸν,
ἀλλ' ὅλης ἐπινοῶν τῆς βασιλέως ἡγεμονίας κατάλυ-
σιν, καὶ μάλιστα ὅτι τοῦ Θεμιστοκλέους ἐπυνθά- 45
νετο δόξαν εἶναι καὶ δύναμιν ἐν τοῖς βαρβάροις με-
γάλην ὑποδεδεγμένου βασιλεῖ κινοῦντι τὸν Ἑλλη-
νικὸν πόλεμον στρατηγήσειν. Θεμιστοκλῆς μὲν οὖν

40. „πάλιν corruptum Corai visum explicat Schaeferus, εἰς Σαλαμῖνα corrigit Emperius cl. Thucyd. 1, 112. Amiotus: ‚il alla avec le demeurant ranger derechef la coste de la Pamphylie.' vereor ne nulla librorum fide. nec Leonardus Justinianus: ‚ipse cum reliquis ea maria perlustrans!" Sintenis. 42. κύκλῳ] Κύπρῳ Bryanus, quod nec Corai displicet, nec Kruegero, stud. historicophil. p. 134, n. 3. 47. ὑποδεδεγμένου] Reiskius mavult ἀποδεδειγμένου, quo sensu et quare, nescio.

40. Καταναυμαχήσας] Καταναυμαχεῖν, *navali proelio vincere*, vulgare est, cf. Poll. Onom. IX. 141. Sturz. Lex. Xen. & Passov. in Lex. De ipsa hac victoria vid. annot. nostr. ad c. 19. init.

42. ἀνεκτᾶτο] Ἀνακτᾶσθαι, saepe propter vim praepos. idem esse quod *denuo sibi conciliare*, subinde simpliciter, quod *sibi conciliare*, notavit Passov. in Lex. Hoc loco posterior notio sumenda videtur.

45. ὅτι τοῦ Θεμιστοκλέους κ. τ. λ.] Nemo sit, quin h. l. Themistoclis, Persas in Graeciam ducturi, mentionem fieri miretur. Hunc enim et annos sexaginta quinque natum mortuum esse, et Aristidi aequalem fuisse, ipse Noster scribit Them. 3. 31 & Arist. 2. Aristidem autem, quum et Clisthenis socius amicusque, et inter pugnae Marathoniae duces fuerit, non post a. 530 natum esse apparet. Quare Cypriae expeditionis tempore Themistocles dudum diem obiisse supremum videtur Sinteni, qui, omnibus temporum rationibus ad Them. 31 p. 199 sq. accurate perpensis, Kruegero (in libro a Seebodio edito, Archiv. f. Philol. u. Paedag. I. P. 2. p. 217 sqq.) assentitur, quod de pugna ad Eurymedontem dicendum erat, Plutarchum suspicanti retulisse ad expeditionem Cypriam. Eadem ratione Nostri errorem et carpunt et explicant Lucas p. 58. ann. 67. (qui Themistoclis mortem ad a. 471 refert,) et idem Kruegerus stud. historicophil. p. 14. seq. et 49. seqq.,

οὐχ ἥκιστα λέγεται τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις ἀπο-
γνοὺς, ὡς οὐκ ἂν ὑπερβαλόμενος τὴν Κίμωνος εὐ- 50
τυχίαν καὶ ἀρετήν, ἑκὼν τελευτῆσαι, Κίμων δὲ
μεγάλων ἐπαιρόμενος ἀρχὰς ἀγώνων καὶ περὶ Κύ-
προν συνέχων τὸ ναυτικὸν ἐπέμψεν εἰς Ἄμμωνος

50. ὑπερβαλόμενος i a. vid. annot. nostr.

anno 470 Themistoclem mortuum esse statuens. Cff. tamen quae Rospattius, symbolis chronol. ad hist. graec., contra Kruegeri rationes docte disputavit, p. 4 et 5.

49. ἀπογνοὺς] Ἀπογιγνώσκειν Poll. On. VIII. 9. ἀπογνῶναι inter verba *absolvendi* enumerat, et *mulcta liberare* exponit; quam significationem primo loco et unice fere Passovius quoque affert. Altera autem, qua ἀπογιγνώσκειν, *desperare, rejicere, reprobare* consilium s. sententiam (quemadmodum simplex γιγνώσκειν, *statuere, capere* consilium) notat, tum ab Hesych. in voce ἀπόγνωσις, (quam explicat per ἀνελπίαν,) tum a Nostro saepissime usurpatur, ut docet Baehr. ad Flam. 98, tum etiam a Rost. et Palm. ad Passov. tamquam prima atque princeps affertur.

50. ὡς οὐκ ἂν ὑπερβαλόμενος] Solanus legendum proposuerat ὑπερβαλούμενος, quod sententia poscat. Reiskius ob additum ἄν bene habere dicit et futuri possibilis (?) obtinere locum. Reiskio assentiendum esse, grammaticae leges docent; nam particulam ἄν cum part. praes. aut aor. ita futuri significationem habere, ut in praesentia, num res proposita revera futura sit, incertum relinquatur, recte monet Kuehner l. l. §. 455. 3 & nota 3. De ipsa re cf. Noster Them. 31., ubi, rege hortante, ut bellum in Graeciam susciperetur, Themistocles dicitur οὐκ ἐφικτὸν τὸ ἔργον, ratus esse, ἄλλως τε μεγάλους τῆς Ἑλλάδος ἐχούσης στρατηγοὺς τότε καὶ Κίμωνος ὑπερφυῶς εὐημεροῦντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς.

51. ἑκὼν τελευτῆσαι] De Themistoclis morte vid. Sintenis ad Them. 31. p. 198 et 199. Rinck. in Prol. ad Aemil. Prob. p. 71. Popp. ad Thuc. I. 138, Lucas, p. 58 et Krueger. ll. modo laud.

52. ἐπαιρόμενος ἀρχὰς ἀγώνων] Ἐπαίρομαι prima sua notione legitur Them. 11. βακτηρίαν, *baculum tollere*, (ubi vid. Sintenis p. 78.) cf. Galb. 26. Nostro autem loco rarior verbi est tam structura quam significatio; nam ἐπαίρεσθαι ἐπί τινι vel τινὶ a Passovio affertur in Lex., et vulgare est, pro *se efferre*, s. *efferri* aliqua re; sed ἐπαίρεσθαί τι, neque a Passovio neque a Wyttenb. in Ind. memoratum, aut indicare debet, *se efferre, excitare* s. *erigere* ad aliquid, aut sibi *tollere* s. *suscipere* aliquid. Prius magis fortasse conveniet activae verbi significationi, *incitare, impellere*, de qua egerunt Held. ad Tim. 16. p. 420. Sint. ad Them. 17. p. 156. Baehr. ad Phil. 9. p. 36. Neque etiam, accus. post ἐπαίρεσθαι positum esse, sic mirabere, quoniam activum ἐπαίρειν τινὰ inflnitivum quoque accusativi loco fere semper habet.

ἄνδρας ἀπύρρητόν τινα μαντείαν ποιησομένους παρὰ τῷ θεῷ· γιγνώσκει γὰρ οὐδεὶς ὑπὲρ ὧν ἐπέμφθησαν, οὐδὲ χρησμὸν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐξήνεγκεν, ἀλλ' ἅμα τῷ προσελθεῖν ἐκέλευσεν ἀπεῖναι τοὺς θεοπρόπους. αὐτὸν γὰρ ἤδη τὸν Κίμωνα παρ' ἑαυτῷ τυγχάνειν ὄντα. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ θεοπρόποι κατέβαινον ἐπὶ θάλασσαν· γενόμενοι δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Ἑλλήνων, ὃ τότε περὶ Αἴγυπτον

54. ποιησομένους] Bryanus audacter scribendum statuit πευσομένους, quod Coraes probat, Reiskius vero nec graecum esse et sententia carere dicit. Vid. annot. nostr. 55. γιγνώσκει AC: γινώσκει Vulg. 57. ἀπεῖναι] ἀπιέναι cum Stephano ceteri, sed vid. annot. nostr.

54. μαντείαν ποιησομένους] „Μαντείαν ποιεῖσθαι *oraculum consulere*, (proprie, *operam dare, ut divinatio sibi edatur*) bona et probabilis est dictio." Reiskius.

56. οὐδὲ χρησμὸν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐξήνεγκε, *neque oraculum s. responsum illis deus dedit*; in quibus ἐκφέρειν *proferre*, *ex arcanis quasi promere* notat, quam fere vim in Pyrrh. 5. quoque habet, cf. Baehr. ad h. l. Haud prorsus dissimilem verbi ἐκφέρειν notionem illustravit Sint. ad Them. 12. p. 88. sq. & ad Per. 36. p. 247. cf. Kraner. ad Phoc. 4. p. 9 & Held. ad Tim. 36. p. 487.

57. ἐκέλευσεν ἀπεῖναι] Ἀπιέναι cum Stephano ceteri legunt; Sintenis tamen locum intactum reliquit, conferri jubens Arist. 19. ubi haec leguntur: ὁ Λυδὸς ἐν τῷ σηκῷ τοῦ Ἀμφιάρεω κατευνασθεὶς ἔδοξεν ὑπηρέτην τινὰ τοῦ θεοῦ παραστῆναι καὶ κελεύειν αὐτὸν ἀπεῖναι. Ad quem locum Sintenis: „ἀπεῖναι tam frequens hoc nexu apud Plutarchum (vid. v. l. Mar. 42. Sull. 26. Cim. 18. Pomp. 24. Cat. min. 28. Mor. p. 842. a) ut non dubitaverim restituere." Pariter lat.: procul *este* pro *ite*, Virg. Aen. VI. 258. et Ovid. Fast. II. 623.

60. γενόμενοι δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, *quum in castra venissent*; γενέσθαι enim ἐν τόπῳ, neglectum a Vigero et Passovio, *advenisse* saepe vim habere, recte probarunt Sturz. Lex. Xen. in v. γίγνεσθαι. 13. d. et Rost. et Palm. ad Pass. Cujus significationis indolem universe quidem explicat Kuehner. §. 621., peculiarem tamen verbi γίγνεσθαι ἐν — rationem haud affert. Inest nempe huic verbo *oriendi*, *nascendi*, pariterque *conditionem* sive *statum mutandi* notio (prouti in belg. *worden*, *geworden*, *de brief is mij geworden*, *epistola ad me pervenit*); quam notionem non tantum habet in dictione γίγνεσθαί τινος, *venire in potestatem alicujus*, lat. quoque *alicujus fieri*, (de qua vid. Kuehner §. 517 et

ἦν, ἐπύθοντο τεθνάναι τὸν Κίμωνα· καὶ τὰς ἡμέρας πρὸς τὸ μαντεῖον ἀνάγοντες ἔγνωσαν ᾐνιγμένην τὴν τελευτὴν τοῦ ἀνδρός, ὡς ἤδη παρὰ θεοῖς ὄντος. 65

63. ἀναγαγόντες C cum Schaefero.

518.) aut γίγνεσθαι ὑπό τινι, *venire in potestatem alicujus* (de qua egerunt Baehr. ad Pyrrh. 14. p. 182 & Viger. 670. b.), sed pariter in dictione γίγνεσθαι ἐν τοῖς θεραπεύουσιν, *in numerum ministrorum recipi*, Anton. 28. γίγνεσθαι ἐν Σπάρτῃ, supra c. 6. et ἐν τῷ στρατοπέδῳ h. l.

62. τὰς ἡμέρας πρὸς τὸ μαντεῖον ἀνάγοντες, *dies ad oraculum referentes, reducentes, exigentes*, s. ut Wytt. in Ind. explicat, *computantes*.

63. ᾐνιγμένην τὴν τελευτὴν, *obscure significatam, oraculo praedictam esse mortem*. Nam αἰνίττομαι veluti *per involucra* sive *obscure* aliquid *significare* notat, atque ita saepe de oraculo usurpatur. Vid. supra annot. nostr. ad c. 6, p. 76.

XIX. 1. Κίτιον] Thuc. I, 112. tradit: „Atheniensium atque sociorum *ducentas* naves, quibus praeesset Cimon, in Cyprum navigasse. Quarum sexaginta in Aegyptum Amyrtaeo arcessenti auxilio fuisse missas; αἱ δὲ ἄλλαι Κίτιον ἐπολιόρκουν. Κίμωνος δὲ ἀποθανόντος, ἀπεχώρησαν ἀπὸ Κιτίου· καὶ πλεύσαντες ὑπὲρ Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ, Φοίνιξί καὶ Κίλιξιν ἐναυμάχησαν καὶ ἐπεζομάχησαν ἅμα· καὶ νικήσαντες ἀμφότερα, ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, καὶ αἱ ἐξ Αἰγύπτου νῆες πάλιν αἱ ἐλθοῦσαι μετ' αὐτῶν." Diod. XII, 3 & 4. primum Citium dicit expugnatum, deinde geminam pugnam, alteram mari apud Cyprum, alteram in Cilicia terrestrem commissam esse Cimone duce; tum in Cyprum reversos, Athenienses oppida insulae in potestatem redegisse; Salaminem vero, munitissimam urbem, Cimone suadente, oppugnatam esse; interea regem, de pace cogitantem, Athenas legatos misisse, in quorum conditiones cum Athenienses consentirent, nobilissimam illam pacem, imprimis Callia legatorum principe curante, cum Persis initam esse. Tum demum Athenienses domum reversos esse; interea vero, dum in Cypro moram ageret Cimon, morbo correptum obiisse." (De pace illa quid statuendum, vid. supra ad c. 13, p. 116 seqq.). Nepos de Cimonis morte, c. 3.; „Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, cum ejus majorem partem insulae devicisset, in morbum implicitus, in oppido Citio (*Cythio*, Roth. dedit ex plurim. codd.) mortuus est." Quam diversas in partes singuli in his enarrandis abierint, apparet; nec profecto facile videtur, discrepantes has inter se conciliare narrationes. Hoc unum tamen patet, a Graecis regiam Phoenicum & Cilicum classem devictam esse; quod utrum sec. Diod. & Plut. ante, an sec. Thuc. post Cimonis mortem factum sit, dubium relinquitur; dubitandum etiam, quamquam Thucydidis auctoritas, a Diodoro firmata, majorem rei fidem conciliat, maritimae num etiam pedestris acces-

491 XIX. Ἀπέθανε δὲ πολιορκῶν Κίτιον, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι, νοσήσας· ἔνιοι δέ φασιν ἐκ τραύματος, ὃ πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀγωνιζόμενος ἔσχε. Τελευτῶν δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐκέλευσεν εὐθὺς ἀποπλεῖν ἀποκρυψαμένους τὸν θάνατον αὐτοῦ· καὶ συνέβη μήτε τῶν πολεμίων μήτε τῶν συμμάχων αἰσθομένων ἀσφαλῶς αὐτοὺς ἀνακομισθῆναι στρατηγουμένους ὑπὸ Κίμωνος, ὡς φησι Φανόδημος, τεθνηκότος ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα. Μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν πρὸς μὲν τοὺς βαρβάρους οὐδὲν ἔτι λαμπρὸν ὑπ' οὐδενὸς ἐπράχθη στρατηγοῦ τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ τραπέντες ὑπὸ δημαγωγῶν καὶ πολε-

XIX. 1. κύτιον C. 7. ὡς στρατηγουμένους C. 8. φανέδημος ia et vulg. 11. libri στρατηγούντων Ἑλλήνων, illud malebat etiam Schaeferus, probante Kruegero l. l. p. 135, n. 4.

serit victoria. Recentiorum de his rebus sententias si quaeris; Plutarchum, haec enarrantem, negligentiae haud absolvi posse, statuit Lucas p. 57. ann. 67. Kruegerus quoque una, ut solet, Thucydidis auctoritate fretus, p. 125 n. 1., Plutarchum et Diodorum, ut hanc etiam victoriae palmam Cimoni tribuerent, ab eo vivo hostes devictos esse, tradidisse putat, *acute conjiciens* (ut Freudenberg., qui Kruegero assentitur, p. 13. monet), non inficetis Phanodemi verbis, στρατηγηθῆναι Ἀθηναίους ὑπὸ Κίμωνος τεθνηκότος ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα, in errorem eos inductos esse; quae verba si in Cimonis laudem allata fuerint, aliud quid indicare debere, quam, *Cimone mortuo duce* Athenienses *domum esse reversos*, ad quem reditum *triginta* etiam diebus non opus fuisse. Quod tamen nescio an cum Freudenbergio *acute* Kruegerum conjecisse dicam; nam si eos Phanodemi verbis revera deceptos fuisse statuo, (qui error satis magnus fuisset;) quomodo simul in Cimonis laudem ex industria rem pervertisse dicendi sint, non video.

2. ἐκ τραύματος, lat. *e vulnere*, *ten gevolge eener wonde*; nam eodem fere sensu praep. ἐκ poni, quo διὰ cum gen., si nempe origo indicetur, ex qua res proficiscatur, docuit Held. ad Tim. 4. p. 331. & 341. cf. Schoemann. ad Cleom. 4. p. 184 et 256.

3. ἔσχε, *acceperat*; saepe enim ἔχειν idem notare, quod λαμβάνειν, *accipere*, ut a Passovio in Lex. omissum fuit, ita recte monuit Sturz. Lex. Xen. in v. ἔχειν. 20.

4. τοὺς περὶ αὐτὸν, de comitatu solo, vid. supra ad c. 1. p. 47.

8. Φανόδημος] Vid. prooem. p. 30.

12. δημαγωγῶν] Wytt. ad Plut.

μοποιῶν ἐπ' ἀλλήλους, οὐδενὸς τὰς χεῖρας ἐν μέσῳ διασχόντος, συνεῤῥάγησαν εἰς τὸν πόλεμον, ἀνα-

de aud. Poët. 26. c.: „δημαγωγέω rare dicitur laudabili significatione pro *principatu in imperio populari* (hujus notionis exempla a Wytt. citantur). At plerisque aliis omnibus locis dicitur deteriore notione *captandi popularem auram ac plebis favorem in administranda republica.* — De Athenensium Demagogis, ex interiore Graecarum rerum cognitione, disseruit Valcken. noster in Diatr. ad Eur. Fragm. c. XXIII."

— πολεμοποιῶν] Πολεμοποιὸς est *is, qui bellum ciet, movet*, ut explicat Baehr. ad Pyrrh. 13. p. 175, e Nic. 11 afferens: ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, νέων ἦν καὶ πολεμοποιῶν ἅμιλλα πρὸς εἰρηνοποιοὺς καὶ πρεσβυτέρους.

13. οὐδενὸς τὰς χεῖρας ἐν μέσῳ διασχόντος] Duobus explicari haec possunt modis. Prior est, *nemine manus*, (i. e. *mutuum impetum*) τῶν εἰς χεῖρας s. ὁμόσε ἰόντων, *in medio distinente*, (*intercipiente*). Ita Plutarchus sibi cogitaverit utrasque partes, inter se hostili animo irruentes; sed quarum manus, siquis in medium procederet, eas conciliaturus, διέχεσθαι, *diduci, distineri, dirimi* possent. Hanc enim activam verbi διέχειν vim esse, tum Passovius in Lex., tum Held. ad Aem. Paul. 20, p. 225. docuit. Cf. Schweigh. in Lex. Herod. in v. Altera vero explicandi ratio haec est, ut τὰς χεῖρας non *congredientium*, τῶν ἐπ' ἀλλήλους τραπέντων, sed *conciliantis manus* intelligamus, quippe quas ὁ διασχὼν in mediis corruentium quasi agminibus extendisse videatur, quemadmodum naturali quodam gestu manus expandere soleamus, si pugnantes dirimere velimus. Quam interpretationem, licet a Wyttenb. in Ind. (per *separare* verbum διέχειν explicante,) ut videtur, non probatam, priori tamen cum Rost. et Palm. ad Passov. praeferendam putamus, propter duos haud dissimiles Nostri locos, alterum Ti. Graceh. 12. τῶν πλουσίων συνδραμόντων καὶ διασχόντων τὰς χεῖρας, alterum M. Anton. 22., ubi Caesaris soror describitur ἐν ταῖς θύραις στᾶσα καὶ διασχοῦσα τὰς χεῖρας, quod sine dubio de ipsius feminae manibus *extensis* sive *expansis* est accipiendum.

14. συνεῤῥάγησαν εἰς τὸν πολέμον] Eodem modo Noster Syll. 18: αἱ πεζαὶ δυνάμεις συνεῤῥάγησαν, *pedestres copiae concurrerunt*, Mar. 26: οἱ βάρβαροι τῷ Κάτλῳ συῤῥαγῆναι, *in Catulum irruisse* dicuntur; Marc. 3; ὁ πόλεμος συῤῥαγῆναι, *erupisse* dicitur. In quibus omnibus *conflictus* s. *concursus*, praepositione σὺν, *cum*, quae et in Graecis et in latinis *confligendi* verbis adesse solet, (uti συμβάλλειν, συνιέναι συστῆναι, συνάπτειν, *con*gredi, *con*currere, *con*fligere, al.) indicatur; ῥήγνυσθαι autem vehementem notat, quo in se invicem feruntur, impetum, haud dissimile latino *irruere, erumpere.* Nec tamen hac in re media tantum forma, verum activa etiam invenitur, uti ap. Herod. I. 80. de fluminibus in aliud flumen *simul irrumpentibus*, Plut. Pelop. 17: οἱ πολέμαρχοι τῷ Πελοπίδᾳ συῤῥάξαντες ἔπεσον, *in Pelopidam quum irruissent, cecidérunt.*

— ἀναπνοὴ] A Nostro proprie

πνοὴ μὲν τοῖς βασιλέως πράγμασι γενόμενοι, φθό- 15
ρον δ' ἀμύθητον τῆς Ἑλληνικῆς δυνάμεως ἀπεργα-
σάμενοι. Ὀψὲ δ' οἱ περὶ τὸν Ἀγησίλαον εἰς τὴν
Ἀσίαν ἐξενεγκάμενοι τὰ ὅπλα βραχέος ἥψαντο πο-
λέμου πρὸς τοὺς ἐπὶ θαλάσσῃ βασιλέως στρατη-
γούς· καὶ λαμπρὸν οὐδὲν οὐδὲ μέγα δράσαντες, 20
αὖθις δὲ ταῖς Ἑλληνικαῖς στάσεσι καὶ ταραχαῖς

15. φθόρον δ' ἀμήχανον τοῖς ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἐργασάμενοι C. 21. δὲ om. C.

usurpatur de *respiratione, halitu*, Camill. 28, Rom. 27. et Moral. p. 680, F. 698, C. 902, A. 903, D. E. Hoc autem loco per metaph. de iis dicitur, qui ab hostium impetu respirant, metuque posito recreantur et animos sumunt, quem verbi ἀναπνεῖν usum exemplis illustravit Sturz. Lex. Xen. in v. Ex Nostro cf. Cim. 3. Dem. 33. et Galb. 4. ubi παρέχειν ἀναπνοὴν legitur. Vid. etiam Herod. VII. 12.

16. ἀμύθητον] Epitheton Nostro haud infrequens, quod, neque Herod. nec Thuc. nec Xen. usitatum, Hesychius ἀναρίθμητος, ἀνεκδιήγητος, πολὺς explicat. De copiosis Persarum post Marathoniam pugnam opibus, ἀμύθητα χρήματα Arist. 5. (cf. Cato Maj. 3.) legitur.

17. Ὀψὲ.] Vulgo de diei parte usurpatur ad vesperam vergente, uti notat Sturz. in Lex. Xen. Saepe tamen, quod Pollux On. I. 69. docet, non ad diem, sed universe ad tempus refertur, quemadmodum Noster in Proocmio Vitae Demosth. ἡμεῖς—ὀψέ ποτε καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας ἡψάμεθα Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν ἐντυγχάνειν, *nos sero tandem atque aetate jam provecti Romanorum literas tractare coepimus.* Pariter nostro loco *sero tandem, seriore demum tempore* notat.

18. ἐξενεγκάμενοι] Ἐκφέρεσθαι γνώμην *ferre sententiam*, dixit Herod. V. 36, qui IV. 103. de *victoria reportanda* hoc verbo usus est, prouti Xen. de Ven. 1. 15. δόξαν εὐσεβείας ἐκφέρεσθαι, *pietatis famam sibi parere*, s. *reportare*. Plutarchus saepius ἐκφέρεσθαι τὰ ὅπλα, *arma suscipere*, s. *efferre*, (quod Cicero de sicis atque mucronibus *stringendis* usurpavit), ut Brut. 4. Alc. 15; a qua dictione nihil fere differt ἐκφέρειν πόλεμον, quod a Passovio memoratum Nostro quoque haud est infrequens.

20. λαμπρὸν οὐδὲν] Cimonis laudibus celebrandis nimis indulgens Noster res, ab Agesilao in Asia gestas, hoc sane loco, tenuiores levioresque reddit, quam aut ab aliis, uti Xenophonte et Nepote, aut a Nostro ipso in vita Agesilai habentur. Quod ut pateat, ne multa alia afferamus, in regis hujus laudem a Plutarcho scripta, unus e c. 15. excitandus videtur locus: Agesilaus, τὸν πόλεμον διάρας ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς βαλάττης, περὶ τοῦ σώματος βασιλεῖ καὶ τῆς ἐν Ἐκβατάνοις καὶ Σούσοις εὐδαι-

ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ὑπενεχθέντες, ᾤχοντο τοὺς Περσῶν φορολόγους ἐν μέσαις ταῖς συμμάχοις καὶ φίλαις πόλεσιν ἀπολιπόντες, ὧν οὐδὲ γραμματοφόρος κατέβαινεν οὐδ' ἵππος πρὸς θαλάσσῃ τετρακοσίων σταδίων ἐντὸς ὤφθη στρατηγοῦντος Κίμωνος. Ὅτι μὲν οὖν εἰς τὴν Ἀττικὴν ἀπεκομίσθη τὰ λείψανα αὐτοῦ, μαρτυρεῖ τῶν μνημάτων τὰ μέχρι νῦν Κιμώνεια προσαγορευόμενα· τιμῶσι δὲ καὶ Κιτιεῖς τά-

μονίας διαμάχεσθαι ἐγνώκει.

22. ἀΦ' ἑτέρας ἀρχῆς pro ἀπ' ἀρχῆς, *denuo, ab initio inde*; ita ἀρχὴν ἑτέραν λαβεῖν *denuo incipere*, Noster scribit Dion. 48. & Moral. 1073. D. Uti autem tam apud Plutarchum quam apud veteres Atticos ἕτερος & ἄλλος promiscue usurpari, Schoemann. ad Agid. 11. p. 134. & Passovius in Lex. docuerunt, ita Noster alibi scripsit ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς, Mor. 363. C. tum etiam ἐκ νέας ἀρχῆς αὖθις Mor. 959. B.

— στάσεσι καὶ ταραχαῖς— ὑπενεχθέντες, *seditionibus et turbis labefactati* Wytt. in Ind. explicat; dubius tamen, num vera sit verbi notio; quod ex aliis Nostri locis efficiendum. In Lys. 7: τὰ πράγματα ὑποφέρεται eine dubio notat *res minuuntur, labascunt*; Lys. 2: οἱ βασιλεῖς πρὸς χάριν ἢ δι' ἀσθένειαν ὑποφέρονται, *reges ad gratiam captandam aut propter imbecillitatem se submittunt*; Sert. 6: τοῖς πράγμασι μοχθηρῶς ὑποφερομένοις, *rebus misere labascentibus*; quibus omnibus quum *labandi, labascendi, in pejus ruendi* notio insit, non dubitandum, quin Wyttenbachii probanda sit interpretatio.

23. φορολόγους] Φορολόγοι, quod perrare invenitur, ab Hes. explicatur ὁ τοὺς φόρους ἀπαιτῶν, *tributorum exactor*; legitur etiam Pyrrh. 23.

25. τετρακοσίων σταδίων ἐντὸς] De hoc rerum statu, ex Cimonis, quae dicitur, sive Calliae pace orto, vid. Dahlmann. lib. l. cff. ea, quae supra ad c. 13, p. 116. attulimus.

29. Κιμώνεια] Cimonis sepulcrum nusquam memoratum inveni, nisi supra c. 4. & in Thuc. Vita, Marcell. §. 32. ubi: Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις, ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα, (Thucydidem) βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι, πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν, μετὰ τὴν ἥτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ. ἥκοντα οὖν αὐτὸν ἀποθανεῖν βίᾳ, καὶ τεθῆναι ἔν τοῖς Κιμωνίοις μνήμασι. Thucydidis autem monimentum quum, ut Noster c. 4. tradit, in Cimoniis monstraretur, Cimonis sepulcra in vico Κοίλῃ fuisse patet. Nam incerti scriptoris Vita Thuc. in fine haec habet: τελευτήσας δὲ, Ἀθήνησιν ἐτάφη πλησίον τῶν Μελιτίδων πυλῶν, ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς ὃ προσαγορεύεται Κοίλη. — Καὶ στήλη τις ἀνέστηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ τοῦτο ἔχουσα τὸ ἐπίγραμμα·

φον τινὰ Κίμωνος, ὡς Ναυσικράτης ὁ ῥήτωρ φη- 30
σὶν, ἐν λοιμῷ καὶ γῆς ἀφορίᾳ τοῦ θεοῦ προστάξαντος αὐτοῖς μὴ ἀμελεῖν. Κίμωνος, ἀλλ' ὡς κρείττονα σέβεσθαι καὶ γεραίρειν. Τοιοῦτος μὲν ὁ Ἑλληνικὸς ἀγών.

30. τάφον τινὰ κίμωνος κιτιεῖς C. 32. , λοιμῷ AC cl. Rom. 24. mor. 417. d. 435. d.: λιμῷ vulg⁴. Sint. 34. „ἀγὼν libri omnes, cui quod Stephanus tacito substituit ἡγεμὼν haud dubie debet aut Amioto: ‚telle donc a esté la vie du *capitaine Grec*' ‚aut Leonardo Justiniano: ‚atque eiusmodi quidem graecus ille dux fuit.' cf. vit. Demetr. extr." Sintenis.

Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἀλιμούσιος ἔνθαδε κεῖται.

Quod confirmatur et Pausaniae testimonio, in Att. I, 23, 9. Ψήφισμα — ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν ἐς Ἀθήνας Θουκυδίδην, καί οἱ δολοφονηθέντι, ὡς κατῆλθεν, μνῆμά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων, et a Marcell. in vita Thuc., qui memorato versu modo laud. addit: πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα κ. τ. λ. Ne vero de Cimonis sepulcris plura dicamus, accurata eorum descriptio facit, quam Forchhammer. Topogr. von Athene p. 74, seqq. dedit: „Es giebt keinen Theil in und bei Athen, auf den der Name *Koile* passt, als die kleine Hohlebene südlich und südwestlich vom Museion, durch welches sich das Bett des Ilissos hinzieht. Gegen das äusserste Ende dieses Thals in dem Felsberge, der sich westlich von der westlichen schroffen Felswand des Museions erstreckt, sind zwei grosse Grabkammern in natürlichen Stein ausgehauen. In und um Athen giebt es keine ähnliche, und schon dies führt auf den Gedanken, dass diese die berühmten *Kimonischen Gräber* sind. Bestätigt wird diese Vermuthung durch eine Nachricht bei Herodot. (VI. 103), welcher sagt, das Grab des Kimon sei vor der Stadt, am Ende der Strasse durch Koile." Tum locos citat, a nobis supra allatos.

30. Ναυσικράτης ὁ ῥήτωρ] De Nausicrate vid. prooem. nostr. p. 32.

32. ἀλλ' ὡς κρείττονα σέβεσθαι] Noster Pyrrh. 24: Τοῦτο τοὺς βαρβάρους ἐπέσχε τοῦ πρόσω χωρεῖν ὥς τινα τῶν κρειττόνων θαυμάσαντας καὶ καταπλαγέντας Πύῤῥον. Mar. 27: Ὁ δὲ ἄνθρωπος εἴτε πάλαι γιγνώσκων εἴτε πρὸς τὴν ὄψιν ὡς κρείττονα θαυμάσας κ. τ. λ. His aliisque Nostri locis, pariter atque apud Platonem et Aristidem oratorem subinde, *κρείττονα deum* notare, jam docuit Wytt. in Ind.

ADDENDA.

Pag. 1. Cimonis aetate quot quantaque Athenienses peregerint, docte exposuit Kruegerus, stud. historicoph. in procemio 1—3; quod opus, si prius mihi innotuisset, primo fere loco in iis laudavissem, quae p. 6. memorata fuerunt.

— 5. extrem. De causis neglectae horum temporum historiae accurate egit Kruegerus l. l. p. 4. seqq.

— 8. *Thucydides.* Disputationi nostrae de Thucydidis in Cimonis rebus auctoritate universe conveniunt, quae ibidem p. 6—9 a Kruegero allata sunt; sed uni Thucydidi nimium omnino tributum, aliorumque historicorum, uti Diodori, laudibus detrectatum fuisse, (quod nos in aliis interpretibus p. 11 vituperavimus;) jure in Kruegero quoque carpit Rospattius, in Symbolis Chronologicis, programmati Gymnasii Monaster. Eifl. a. 1841 insertis p. 3.

— 39. Kruegerus quoque, p. 38, a. 477 a Lacedaemoniis ad Athenienses summum transiisse imperium, docet; utrum a. 475 an 474 Carystii devicti fuerint, idem dubitat p. 45. seq. Quo autem anno Themistocles expulsus fuerit quamquam certo definiri posse negat, ex singularum tamen rerum nexu, accurate explicito p. 47—52, (cf. p. 33. seqq.) efficit, ejus exsilium ad a. 476 aut 475 referendum esse. Quod ei non assentitur Rospattius, qui, p. 4 et 5., a. demum 473 Themistoclem Athenis ejectum esse, demonstrat, ita tamen, ut cum Kruegero, triennio ante Naxum expugnatam id factum esse, statuat. Quo assumto Naxus ut Rospattius statuit a. 470, (non 473, quem annum a nobis in Tabulis chronol. definitum, Kruegerus l. l. et Lucas p. 36 et 37. quoque huic rei assignant;) devicta fuerit, necesse est.

— 69. Annot. 12. διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ] Male rem ita explicui, ut Cimon ex ipsa concione, in qua Themistocles suam de Pythiae responso sententiam populo commendaverat, extemplo cum amicis

arcem conscendisse videatur. Haud enim verisimile est, ibi illi frenum, quod dedicasse dicitur, ad manum fuisse.

Pag. 70. Annot. 20. *ἰδέαν*] Ἰδέα, quamquam alibi apud Plut. (teste Wytt. in Lex.) *vultum* notat, h. tamen l., ut verba *ἀλλὰ μέγας*, quae opponuntur, docent, per *formam* s. *speciem* corporis, non per *vultum*, explicandum fuerat.

— 81. De Eionis expugnatae tempore Kruegeri rationes cum nostris conveniunt; cf. stud. histor. ejus, p. 39 et 40.

— 82—86. In commentariis nostris magnam, qua Plutarchi hoc capite premitur narratio, difficultatem neglectam esse video. Duas enim res, octo annorum intervallo (a. Chr. 476—468) disjunctas, Scyri nempe expugnationem et primam Sophoclis victoriam, tamquam brevi tempore alteram post alteram factas, Noster conjunxit. Praeterea utrique huic rei interposuit tertiam, ossa scilicet Thesei in Scyro a Cimone reperta et Athenas translata, quod, quamquam in vita Thes. 36 (vid. annot. nostr. p. 84. seq.) Phaedone Archonte (a. 476) ab oraculo Atheniensibus mandatum esse tradit, in Cimone tamen c. 8. (pag. nostra 86.), Aphepsione demum Archonte (a. 468.) factum esse narrat. Quam Plutarchi repugnantiam alii aliter componere studuerunt, quorum sententias recensuere Lucas l. l. p. 32. seq. et Krueger. l. l. p. 40. seqq. Nobis autem unice probanda videtur ipsius Kruegeri ratio, p. 45. statuentis: vere Plutarchum tradidisse, Archonte Phaedone oraculi jussu ossa Thesei investigata a Cimone eodemque anno Athenas translata fuisse; vere etiam, Aeschyli et Sophoclis certamen Aphepsione Archonte a Cimone ejusque collegis, quum victores domum reduces in theatrum prodiissent, fuisse diremtum; sed hac una in re erravisse Plutarchum, quod Cimonem tunc *a Scyri expugnatione*, non *e victoria ad Eurymedontem reversum* diceret. Ex hac enim tanta tamque illustri victoria reversis praetoribus singularem illum nobilissimi certaminis dirimendi honorem et debitum et summo jure ab Archonte fuisse oblatum.

— 93. Ἔτι τοίνυν Γοργίας μὲν ὁ Λεοντῖνός φησι τὸν Κίμωνα τὰ χρήματα κτᾶσθαι μὲν, ὡς χρῶτο, χρῆσθαι δὲ, ὡς τιμῶτο.] Diod. Sic. XII. 53. Ὁ Γοργίας πρῶτος ἐχρήσατο τῆς λέξεως σχηματισμοῖς περιττοτέροις, καὶ τῇ φιλοτεχνίᾳ διαφέρουσιν ἀντιθέτοις καὶ ἰσοκώλοις καὶ παρίσοις καὶ ὁμοτελεύτοις. Quem Gorgiae *similia similibus referendi* sive

aequalia membra inter se opponendi morem egregie verba ejus, a Nostro h. l. allata, declarant.

Pag. 114. Ann. 15. *καθαρικὼς ἀγωνίσματα*] Ad dictionem illustrandam verba Boeckhii ad Pind. Ol. XI. 66. (Heyn. X. 74.) haec affero: „*ἀγώνιον εὖχος θέμενος ἐν δόξᾳ, famam ex certaminibus sibi parans cum gloria*, *σὺν δόξῃ, gloriose. ἔργῳ καθελὼν*, quippe *τὸ ἀγώνιον εὖχος, opere et certamine perficiens et consequens*; v. Schneider. Lex., ex quo appono Plutarch. Pomp. 2. *πάντας ἀγῶνας καθελόντος* Herod. VII. 50. Cf. Pyth. V. 21. *εὖχος ἵπποις ἑλών.*" Omnino recte: sed prima verbi *καθελεῖν* significatio mihi videtur in *conficiendo*, *profligando* posita; quae quam facile ad *certaminis perficiendi* notionem transierit, e similis verbi usu apparet Pind. Pyth. VIII. 80. *ἀγῶν' ἐπιχώριον νίκαις τρισσαῖς δάμασσας ἔργῳ.* In eandem fere sententiam Eur. Suppl. 757. *καθαιρεῖσθε τὰ πράγματα* Matthiaeus explicat, non *evertitis*, sed *feliciter conficere studetis* interpretans et praeter locos, a nobis jam allatos, Soph. Oed. Col. 1148., *ὅπως μὲν ὅδ' ἀγὼν ᾐρέθη*, memorans.

— 120. In annot. nostr. ad columnae 2^das^ mediae verba: *Priores nempe — pertinent.* Primo monendum est, perperam a nobis cum praecedentibus haec ita conjuncta esse, ut, quae de longis Athenarum muris sequitur annotatio, ex Kruegeri disputatione fluxisse ejusque summam continere videatur. Quod tamen secus esse, accuratius ea, quae disseruimus, legenti satis patebit. Id enim nobis propositum fuisse videbit, ut, quae, post Kruegeri disputationem illam editam nuperrime hac de re disceptata, nobis innotuissent, aut verbo memoraremus aut recenseremus breviter. Praeterea de anno, quo longos muros inchoatos et confectos esse statuimus, tenendum est: eorum exstructionem tam arcte a Thucydide cum proeliorum, ad *Tanagram* et *Oenophyta* commissorum, mentione conjungi, ut ante illam pugnam (a. 457, ut docuimus p. 143, factam) inchoati, post hanc vero (quam jure ad a. 456 refert Rospatt. p. 7—9.) confecti esse videantur. Qua in re a Kruegeri rationibus, stud. historicophil. p. 166. seq. allatis, aeque nobis discedendum erat, atque in pugnae Tanagrensis anno definiendo ab eo discesseramus.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A.

Agesilai victoriae 94. Ejus laudes a Plut. extenuantur 159.
ἀδέκαστος, incorruptus 99.
Aegyptus, bellum ibi ab Atheniensibus contra Persas gestum 149.
Aeolum migratio e Thessalia in Boeotiam 43. seq.
Aeschines orator 31. seq.
Aeschyli mors 88.
Atheniensium et Dorum diversa studia 62.
Athenienses agriculturam primi Graeciae populis tradunt 96. sociorum potentiam callide frangunt 101.
ἄθικτος, intactus, cum gen. et praep. ὑπὸ 99.
Αἰγαῖος (ὁ) scil. κόλπος 84.
αἴθων, violentus 79.
αἰνίττεσθαι, augurari 76. 156.
αἰολίζω 50.
εἶρεσιν, proficisci 105.
αἰσχύνη, stuprum 73.
αἰχμάλωτος, de rebus bello captis 119.
ἀκμὴς Plutarcho frequens 111.
ἄκρατος δημοκρατία 127.
ἄκρατον ἐμπίνειν 46.
Alymus s. Halymus, vicus s. demus Atticae 60.
ἅμα - τε, καὶ - 152.
ἀμήχανον ὅσον 68.
ἀμιξία 85.
Amphictyonici concilii sententia 83.
ἀμφὶ περὶ conjunguntur 79.
ἀμφί τινος, quod attinet ad 80.
Amphipolis colonis frequentata 81. seq.
ἄν cum part. praes. vel aorist. indicat futurum 154.
ἀνάγειν, efferre 71. computare 156.
ἀνάδυσις, recusatio 152.
ἀναιρεῖσθαι (νίκην), reportare 56. sq. (τὸ φῶς), exstinguere 74.
ἀνακαλεῖν, revocare 73. 128.
ἀνακτᾶσθαι, sibi conciliare 153.
ἀναλαμβάνειν, retractare, recensere 53.
ἀνανεοῦσθαι, renovare 128.
ἀναπίμπλασθαι, pollui 99.
ἀναπνοή, recreatio 158. sq.
ἀναστάτους ποιεῖν, depopulari 78.
ἀναστρέφεσθαι, versari 149.
Anaphlystus, Atticae demus 144.
ἀνέμβατος, sacer 105.
ἀνιστάναι, erigere 135.
ἀντήπαλος 71. 135.
ἀπαγορεύειν, deficere 102. (sequente μὴ) vetare 144.
ἀπαλλάσσεσθαι, libere discedere 104.
ἀπεῖναι pro ἀπιέναι 155.
ἀπιέναι, discedere e certamine 89.
ἄπλους, de mari 105.
ἀπογιγνώσκειν, desperare 154.
ἀποδίδω τινὸς, cedo alicui 68.
ἀποδεικνύναι, praebere 97. facere, reddere 122. seq.
ἀποθνήσκειν ὑπό τινος 84.
ἀπολείπεσθαί τινος 115.
ἀπολόγημα, excusatio 55.
ἀπολύεσθαι, purgare se 145.
ἀποτεμέσθαι, sibi adsciscere 124.
ἀποτέμνειν ἱερεῖον 152.
ἄπο τρόπου, inconvenienter 67.
Areopagi auctoritas fracta 127. 142.
Aristidis abstinentia 98.
Aristophanes 34.
Aristoteles 32.
Arne, prima Aeolum in Boeotia sedes 43.
ἀρχεῖον, curia 47.
Archelaus, Cimonis et aequalis et in elegiis laudator, a Plutarcho testis adhibetur 23.
ἀρχή i. q. πρόφασις 149.
ἀρχῆς ἀφ' ἑτέρας, denuo 160.
Archidami regnum 132.
ἀσβολάω, ἀσβολόω 50.
Asia, pro Asia minore 105.
ἀστρατεία, 103.
αὐτὸς ἐκεῖνος conjunguntur 53. 89.
αὐτός τε καὶ — in antithesi 114.
αὐχεῖν, vovere 92.
ἀφελὴς, simplex, ἀφέλεια, victus tenuitas 71.

ἀφιέναι τινὰ ἀπελθεῖν 87.
ἀφοσιοῦσθαι, repudiare 125.
ἄχθεσθαί τινι αὐξανομένῳ 131.

B.

Bacchi expeditio 57.
βάκκευσος 64.
βιάζεσθαι, urgere, (passiv.)cogi 111.
Boeotia meridionalis ab Aeolibus, e Thessalia commigrantibus, incolis frequentata 44.
Bubes, Persarum praefectus(apud Herod. Boges) 77.

Γ. G.

Galli Boeotiam depopulantur 44.
Genitivus partic. pro accus. 88.139.
Germana soror, ὁμοπάτριος 65.
γίγνεσθαι ἐν, venire ad 155.
γλαφυρὸς, elegans 122.
γνώμη, fastus 115. seq.
Gorgias Leontinus 31. 163.
γοῦν (ubi ponatur) 109.
γυμνασίαρχος, γυμνασιαρχία 49.
Gymnopaediae, festum Spartan. 95.

Δ. D.

Damon, cognomine Peripoltas, qua gente oriundus 44. seq., ejus ingenium moresque 45, a cohortis Romanae Tribuno amatus *ibid.*, ei insidiatur 46, atque sacrificantem interficit 47, cum sociis a Chaeroneensium senatu capitis damnatus, magistratus coenantes obstruncat *ibid.*, urbi infestans regionemque vastans revocatur, sed vixdum redux in balneo occiditur 48. seq.
δεινότης, oratoris 62.
δεκάζειν, corrumpere, δεκασμὸς, ambitus 99.
δελεάζειν, delinire 102.
Delphi, male a Plutarcho pro Doribus memorati 143.
δέξις, cultus 88.
δέοντι (ἐν) opportune 140.
δημαγωγὸς 158.
δι' ὀργῆς ποιεῖσθαι, irasci ob aliquid 46.
δι' ἐτῶν, post annos 86.
διὰ χειρῶν pro ἐν χερσὶ 69.
διάβασις, transitus (in navibus) 107.
διαγωνίζεσθαι, decertare 68.
διαιρεῖν, exponere 131.
διαλέγεσθαι, agere (de proditione) 72.
διαμαρτύρεσθαι, obsecrare 135.
διανεῦσαι pro ἀνανεῦσαι 104.
διατείνειν, pertinere 53.
διαφέρεσθαι, adversari 98.
διδασκαλία, de dramatibus 86.
δίδύναι, verbum praegnans 40.
διέχειν τὰς χεῖρας ἐν μέσῳ 158.
Diodorus Periegetes, de Cimonis filiis testis allatus 30.
διοχλεῖν, perturbare 102.
δοκεῖν, de somniis (quas structuras habeat) 150. seq.
Dolopum sedes 82.
Dores, a Lacedaemoniis adjuti 143. Dorum et Atheniensium diversa studia 62.
δυσχερὴς, injucundus 54.
δωμάτιον, cubiculum 74.

E.

ἐγείρειν, restituere 128.
ἐγκαλεῖν τινι εἰσαγαγόντι 138.
εἰ καὶ et καὶ εἰ quomodo differant 53.
εἰλικρινὴς, purus 55.
Eion, urbs a Cimone capta 77.
» colonis frequentata et ab Amphipoli diversa 81.
εἰς — ἐκ — 88.
εἰσβιάζεσθαι, invadere 140.
εἰσορμίζεσθαι 109.
ἐκ notat causam proximam 74. 157.
ἐκ ποδὸς, e vestigio 104.
ἕκαστός τις, plurali adjunctum 56.
ἐκεῖνος pro οὗτος 52. 83.
ἐκθύμως, acriter 145. vid. πρόθυμος.
ἐκπίπτειν, evadere, effugere 109. seq.
ἐκπολιορκεῖν τινα, expugnare aliquem 75.
ἐκφέρειν, promere 155.
ἐκφέρεσθαι τὰ ὅπλα, arma suscipere 159.
ἐλευθέριος 61.
Eleus, Cimonis filius 129.
Helotae 141.
Hellanicus 7.
ἔλλειμμα, defectus 55.
Elpinice, Cimonis soror 61. Dissoluta ejus vita 63. Elpinice, a pictore Polygnoto amata 63. Ejus cum Cimone conjugium 65. Elpinice Calliae nubit 66. pro Cimone Periclem deprecatur 125. Ejus cum Cimone consuetudo carpitur 128. seq.
ἐμμένειν 145.
ἐμπίνειν, ingurgitare 46.
ἐν δέοντι, opportune 140.
ἐν δευτέρῳ τίθεσθαί τί τινος, postponere aliquid alicui 136.
ἐναποσημαίνειν, diligenter referre 54.
ἐνδιδόναι, tradere 83.

ἔνοχος, ἐνέχεσθαι 68.
ἐξαγγέλλειν, nuntiorum munere fungi 108.
ἐξακριβοῦν, accurate exprimere 54.
ἐξομιλεῖν, pacare, delinire 72.
ἔξω λόγου τιθέναι s. τίθεσθαι, excipere 56.
ἐπάγειν, ducere in — 144.
ἐπαγωνίζεσθαι, certamen addere 115.
ἐπαίρεσθαί τι, excitare 154.
ἐπὶ cum genit. 52. 128.
— — dat. 73. 132.
— — acc. in, per, 44.
ἐπιβαίνειν τινὶ, insultare 126.
ἐπιδρομὴ, excursio, irruptio 48.
ἐπικαταβαίνειν, descendere contra 110.
ἐπιλαβέσθαι τινὸς, arripere 142.
ἐπισπᾶσθαι, sibi contrahere 149.
ἐπιχωριάζειν, 62.
Hermae, in Cimonis honorem positi 78.
ἑτέρας ἀπ' ἀρχῆς denuo, ἕτερος et ἄλλος 160.
ἑτερόζυξ, socio destitutus 136.
ἑτοῖμοι καρποὶ 97.
ἔτους ὥρα 146.
εὐανάκλητος 147.
εὐήθεια, fatuitas 61.
Eupolis Comicus Cimonis vinolentiam carpit 33. Ejus Πόλεις 128.
εὑρίσκειν, efficere 79.
Eurymedon, pugna ad Eurym. 108.
Euryptolemus, Cimonis socer 67.
ἔφηβος et νεανίσκος differunt 133.
Ephialtes, Cimonis adversarius 98.
ἐφόδιον, viaticum s. adjumentum 90.
Ephorus Cumaeus (parce in Cimonis vita Plutarchus eo usus fuit) 24.
ἔχειν μετεώρως, suspensum esse 115.
— τραῦμα, accipere vulnus 157.

H.

Heraclea 76.
Herculis itinera 57.
ἠρέμα, οὐκ ἠρέμα, magnopere 132.
Herodotus 8.

Θ. TH.

Thasus 123.
θεῖος 93.
Themistocles, lyrae tractandae imperitus 89. Ejus exsilium 162. Quo tempore mortuus sit 153. seq.
Theopompus Plutarchi in Cimonis vita conscribenda fontibus annumerandus 25.
Theopompus cum Nepote et Plutarcho collatus 26. seq.
ἑρμὸς, calens 112.
Thesei vita in ultimis a Plutarcho scripta 85. Theseus Athenis fugit Scyrum ibique necatur 84. Ejus ossa a Cimone detecta atque Athenas reportata 85.
Thessalus, Cimonis filius 130.
Thucydidis laudes a Plutarcho celebratae 8. Ejus auctoritas in Cimonis rebus judicandis 9. Thucydidi nimium a nonnullis tribuitur 11. 162. Ejus genus et cum Cimone cognatio 58 seqq. Aurifodinae in Thracia *ibid.* Mors 60.
θύραν κόπτειν, fores pulsare 139.

I.

Jasonis res 57.
ἰδέα, facies 70, corporis species 163.
Imperfectorum usus 114. 117. 133.
Induciae quinquennales 147.
Jon Chius. Cimonis aequalis et familiaris, primarius vitae nostrae fons 13. seqq. Jonis ingenium, Jonicae gentis exemplar *ibid.* Ejus scripta 14. cum Cimone convivium 88. seq.
Jon Pericli non favet 15 seq.
—ιος, Adjectiva in —ιος 61.
ἵππου δρόμος, quantus, 116.
Isodice, Cimonis uxor 67.

K. C.

καθαιρεῖν, conficere 114. 164.
καθιέναι, demittere ad certamen 86.
καθίζειν et καθῆσθαι de judicibus 87.
κάθοδος, reditus, de exsulibus 48.
καὶ εἰ et εἰ καὶ differunt 53.
καιρὸς 145.
κακῶς ποιεῖν 107.
Callias, an Λακκόπλουτος, 65.
Calliarum familia 118 seq.
Callisthenes, Alexandri comes, in Plutarchi fontibus recensetur 28.
καρποὶ ἑτοῖμοι, fructus satorum 97.
καταβοᾶν, accusare cum clamore 144.
κατάγειν, deducere 43. revocare, restituere 48. 85. 97.
καταδικάζεσθαι δίκην τῆς πόλεως, facere, ut civitas ad poenam condemnetur 83.
καταδρομὴ, depopulatio 48.
καταλύειν, dissolvere 57.
καταφέρειν τὸ ὄνομα, deferre nomen, Latinismus 51.
κατέρχεσθαι, redire, de exsulibus 48.
κατιέναι, redire, de exsulibus 48.

ἄβη, vitium 55.
Cimonis vita prima a Plutarcho scripta 53. Cimonis adolescentis custodia et intemperantia in dubium vocanda 61. Ejus cum Elpinice conjugium 65. praestantia tam domi quam militiae 69. in praeda distribuenda calliditas 89. cum Jone convivium 88. seq. liberalitas 91. abstinentia 90. seq. Cimonis, quae dicitur, pax 116. filii 129. Rerum a Cimone gestarum vis ad Periclis aetatem illustrandam 2. seq. Cimon a Pericle labefactatus 3. Ejus auctoritas unde firmata. 4. In rep. Cimon optimatibus favet 3.
Κιμώνεια, Cimonis sepulcrum 59. 160. seq.
κινεῖσθαι, moliri, κινεῖν, suscipere 149.
Citium in Cypro expugnatur 156.
Cleonae 139.
Clisthenes 128.
Clitoria, Cimonis uxor 129.
Cnidus 106.
Κοάλεμος, stultus 61.
Codices, ad Cimonis vitam adhibiti 42.
κομψὸς, elegans 92.
κόπτειν θύραν, pulsare fores 139.
κόσμος, disciplina 72. ordo rerum constitutus 127.
Crateri aetas et scripta 29.
Cratinus, Cimonis laudator, in Cimonis vitae fontibus recensetur, 20. seq. Ejus de Athenarum muro tardius exstructo fragmenta 120.
κρείττων, deus 161.
Critias tyrannus, poëta elegiacus 34. seq. Ejus stilus et ingenium 35.
κρυεροὶ et αἴλινοι 79.
Ctesium, Scyriorum portus 83.
Cyaneae 117.
Cyprus, bellum ab Atheniensibus ibi gestum 149. seq. Egregiae hujus insulae ad Persas compescendos opportunitates 150. Variae scriptorum de Cimonis in Cyprum expeditione narrationes 156.
κυριώτατός τινος 108.

Λ. L.

Laconismus Cimonis 129.
Lacedaemonius, filius Cimonis, a Pericle vexatus 129.
Λακίαδαι, Atticae demus 60. 91.
λαμβάνειν pro λαμβάνειν χρήματα 124. cum genit. sumere de 91.
Λαμπρίτης, gloria 142.
λαμπτὴρ et λύχνος differunt 74.
Latinismi apud Plutarchum in periodis et dictionibus 51.
λείπεσθαι, posteriorem esse, vinci 53. 68.
λητίζεσθαι τὴν θάλασσαν 82.
λήμματα, dona accepta 98.
λιπαρὸς, lautus 93.
Lichas, Spartanus 94. seq.
Longiores periodi Plutarcho frequentes 51. quibus particulis in membra sua divisae *ibid.* et 72.
λοβὸς, in extis 152.
λόγος, ἔξω λόγου τιθέναι, τίθεσθαι ἐν λόγῳ 57.
Lucullus in Boeotia exercitui praefectus, in itinere subsistens, de Romanorum caede a Damone Chaeroneae perpetrata inquirit et Chaeroneensium civitatem culpa vacuam declarat 47. seq. testimonio suo civitatem, salute periclitantem, servat 52. seq. statua ideo lapidea a Chaeroneensibus donatur *ibid.* in gratiam quoque illius beneficii vita ejus a Plutarcho scribitur 53.

M.

—μα, nomina in —μα Plutarcho usitata 55.
μακρὰ τείχη 120. seqq. 164.
μανιάκαι, armillae et torques 60.
μαντεῖον ποιεῖσθαι 155.
Megacles, Isodices avus, quisnam fuerit, 67.
μεγαλύνειν, laudare 132.
Megarenses ad Athenienses deficiunt 140.
Melanthius, elegiacus, Cimonis aequalis et laudator, saepius a Plutarcho testis citatus 22. a Platone Comico exagitatus *ibid.*
μὲν vel μὲν οὖν in apodosis initio longiorum periodorum 51.
Messenii rebellantes 141.
μεστὸς, de fastidio 71.
μετὰ cum genit. 133.
μεταστῆναι, migrare 47.
μετεώρως ἔχειν, suspensum esse 115.
Metrobius scriba 93.
μὴ post verba vetandi al. 144.
Miltiadis mulcta et custodia 60.

N.

Nausicrates s. Naucrates orator, Isocratis discipulus 32.

νεανίσκος et ὕφηβος differunt 133.
νεκυομαντεῖον Heracleae 75.
νεωτερίζειν 141.

O.

ὄγκος, tumor, superbia 72.
Oeneis tribus 144.
οἷον, tamquam 71.
ὀλισθαίνω, labasco 133.
Olorus (non Orolus), Thucydidis pater 58.
ὁμόζυξ 136.
ὅπλα θέσθαι, aciem instruere 69.
ὀρφανὸς γονέων 45.
Ostracismus 142.
ὅτε, quotiescunque 132.
οὐκ ἠρέμα, magnopere 132.
οὖλος pro ὅλος 70.
οὗτος et ἐκεῖνος permutantur 52. 83.
Opheltas, rex Aeolum, e Thessalia in Boeotiam commigrantium 43. seq.
ὀψὲ, sero tandem 159.

Π. P.

Pacis ara 118.
παίζειν et σπουδάζειν 66.
Pamboeotia, ubinam celebrata, 44.
παρὰ in compositis clam, furtim 47.
παραιρεῖσθαί τί τινος, adimere alicui aliquid 73.
παραιτεῖσθαι, deprecari 76.
παραλλάσσειν, praeterire 46.
παράταξις, certamen 86.
παραφαίνεσθαι, juxta apparere 133.
παρεισπίπτειν, clam irrepere 47.
παρελθεῖν et προελθεῖν 87.
Participiorum variata constructio 106. 134.
πάσχειν εὖ i. q. εὐεργετεῖσθαι 145.
Pausaniae flagitium 73. seq.
Pax, Cimonica dicta 116.
πείθειν, verbum praegnans 68.
πειρᾶν, tentare, in rebus amatoriis 46.
Πεισιανακτία, porticus Athenarum 63.
περὶ τόπον 49.
——, οἱ περί τινα, comitatus solus 47.
Periclis aetas quantum rebus a Cimone gestis debuerit 2. seq. Pericles Cimonem labefactat 3. ejusque filios vexat 129. Periclis auctoritas unde parta 5. Ejus in tertio muro exstruendo tarditas 121.
Periodi longiores 51. sed concinnae atque perspicuae 71. et male a Reiskio in minora membra dissectae 100.
Peripoltas vates, dux Aeolum, e Thessalia in Boeotiam commigrantium 43. seqq.
περιπαθὴς 88.
Persarum reges Graecorum auxiliis utuntur 151.
Persei expeditiones 57.
Piraeei muri 120. seqq.
πλατὺς, latus 106.
πλέειν, forma Ionica, apud Plutarchum 117.
πλησιάζειν, de coitu 63.
Πλησιανάκτιον, porticus Athenarum 63.
Pluralis nominativus masc. aut fem. generis cum verbo singul. conjunctus 79.
Plutarchi vita Cimonis quanti ponderis sit habenda 5. seq. quibus ex fontibus hausta 6. seqq. Plutarchi in vitis conscribendis propositum atque ratio 36. 54. Ad Cimonis vitam exponendam sedulo quidem omnia collegit, nec tamen critica ratione singula dijudicavit 37. Ex Latinorum scriptorum lectione periodorum in scribendo usum et dictiones multas novas traxit 51. A Thucydide dissentiens negligentiae accusatur, sed ab hac reprehensione vindicatur 9. seqq. et 137. seq. Ejus error in Themistoclis morte definienda 153.
ποιεῖν κακῶς, laedere, χώραν, vastare 107. ποιεῖσθαι δι' ὀργῆς τι, irasci ob aliquid 46. μαντείαν 155.
πολεμοποιὸς 158.
πολιτικὸς, civilis 146.
πολὺ δή τι 45.
Polygnotus Elpinicen amat, Poecilen gratis pingit 63. seq.
πολυπραγμονεῖν 131.
πονήρευμα, malefactum 55.
Posidonia 151.
Positivus adverb., comparativo oppositus 91.
Praetores a Romanis in Achajam initio non missi 52.
πρᾷος, tranquillus, sedatus 56.
προαίρεσις 97. seq.
πρόθυμος cum infin. 112.
—— et ἑκούσιος differunt *ibid.*
προΐεσθαι, deserere 74.
προῖκα 99.
προξενεῖν et πρόξενοι 124.
προσέρχεσθαι, coire 66.

προσκεῖσθαι, imminere 48. favere 132.
προσπολεμεῖν 130.
πρόσφατος, recens 48.
Prytaneum 96. seq.
πυριατήριον, balneum calidum 49.

P. R.

Roesaces quidam opibus Cimonem sibi conciliare frustra conatur 99. seq.
ῥυῆναι, delabi 89.
ῥώμη et ῥύμη permutata 111.
ῥώννυσθαι χρήμασι 119.

Σ. S.

Saturni aevum 97.
Σεισματίας sc. τέφος 133. seq.
σκέλη, muri longi Athen. 120. seqq.
σκληρός, inhumanus 45.
Scopadarum divitiae 94.
Scribae Atheniensium 93.
Scyrus a Cimone capta et incolis frequentata 82.
Sochares an Sophanes Decelicnsis 80. seq.
Socii Atheniensium, tributarii et servi eorum facti 103.
Sophoclis prima victoria 86.
σπαράττειν, vexare 100.
σπεῖρα, cohors 45.
σπουδάζειν—παίζειν 66.
Stesimbrotus Thasius, Cimonis aequalis, in ejus vitae fontibus recensetur 16. seqq. Ejus maledicentia 17. opus *ibid.* mala fides et in temporibus definiendis negligentia a Plutarcho notantur 18. scripta caute Plutarchus sequitur *ibid.* in Cimonem odium et calumnia, unde orta *ibid.*
στρεπτοὶ, torques 89.
στωμυλία, dicendi volubilitas 62.
συγγραφεὺς, historicus 65.
συγχεῖν, perturbare 126. συγχεῖσθαι, collabi 133.
συλλαμβάνεσθαι, adjuvare 146.
συμβιοῦν et συνοικεῖν differunt 66.
συνάγειν φθόνον ἑαυτῷ, contrahere sibi invidiam 132.
συναρπάζειν, deprehendere 134.
συνιδεῖν, intelligere 134.
συντρίβειν, conterere 57.
συρρήγνυσθαι εἰς τὸν πόλεμον, erumpere ad bellum 158.
συστέλλειν, compescere 104.
συστῆναι, cooriri 113.
σφοδρὸς oppon. πρᾶος 125.
σχῆμα Βοιώτιον s. Πινδαρικὸν 79.

T.

Tabulae Chronologicae, ad Cimonis vitam illustrandam compositae 39. seqq.
Tanagrensis pugna 143.
τείχη μακρὰ 120. seqq.
τίθεσθαι τὰ ὅπλα, aciem instruere 69. ἐν ὑστέρῳ τινὸς, postponere 135. seq. εἰς λόχον, in globum densum se conjungere 145.
Tithraustes 108.
Timaeus 76.
τὸ adjectivis partit. additum 51. 110. τὸ ad adject. πολὺ accedit 45.
τόλμημα, factum audax 69.
τρέψασθαι et τραπέσθαι s. τραπῆναι differunt 113.
Triopium 106.
τρόπου, ἄπο τρόπου, inconvenienter 67. seq.

T.

ὑγρὸς, μαλακὸς, indulgens, lenis, opponitur τῷ σκληρῷ 57.
ὑπάγειν τινὰ δίκην s. εἰς δίκην 102.
ὑπάγεσθαι, reducere 48.
ὑπὲρ cum genit. consilium notat 81.
ὑπεραγαπᾶν, valde laudare 81.
ὑπεραίρειν τινά τινι, superare aliquem aliqua re 45.
ὑπερβάλλειν τὴν φιλοτιμίαν, honoris fastigium continere 87.
ὑπερβολὴν τιμῆς ἔχειν, summum honorem habere 80.
ὑπὸ, in compositis, clam 48.
ὑπολαμβάνειν, suscipere 72.
ὑποστῆναι, subsistere 112. seq.
ὑποτελεῖς, tributarii 103.
ὑποφέρεσθαι, labascere 160.

Φ. PH.

φαιδρὸς, de vultu 69.
Phanodemus, incerti aevi scriptor 30.
Phaselis urbs 107.
Phalericus murus 120. seqq.
φέρειν χαλεπῶς ἐπί τινι, aliquid aegre ferre 75.
φιλανθρωπία, beneficium 57. φιλάνθρωπον, gratum *ibid.*
φιλοτιμεῖσθαι πρός τινα 65.
φιλοξενία Atheniensium 95.
φοινικὶς, vestis Lacedaemoniorum bellica 135.
φοιτᾶν, ventitare, εἰς τὸν ὕπνον τινὶ, somnum alicujus perturbare 74.

φορολόγος, tributorum exactor 160.
φρόνημα, spiritus, fastus 115.
φῶς, flamma (non lucerna ipsa) 74.

X. CH.

Chaeronea, Arne antiquitus dicta, ab Aeolibus, e Thessalia in Boeotiam migrantibus, occupata 43. 44. civium calamitates in bellis Persicis et Gallicis passa *ibid.*
χαλεπῶς φέρειν ἐπί τινι, aegre ferre aliquid 75.
χαλκέμβολος, longa navis 117.
Chelidoniae insulae 105. 117.
χρῆμα, natura, ingenium 62. seq.
χρῆσθαι, mercaturam facere 82.
χωλὴ, ἡ Ἑλλὰς, manca Graecia 136.
χωρὶς μὲν—χωρὶς δὲ 89.

Ψ.

ψέλια, armillae 89. seq.

Ω.

ὧραι, ὡραῖος 97.
ὥρα ἔτους 146.


Gp 86.203
Cimon.
Widener Library
006333009
3 2044 085 159 457